

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

0

PYTHAGORAE

VITA EX IAMBlichO

COLLECTA,

*Per Nicolaum Scutellum Tridentinum Ordinis
Eremitarum Sancti Augustini.*



ROMAE.

Vincentius Luhrinus Excudebat.

1556.

CONFIDENTIAL

TOP SECRET - FRODO BAGGINS

SECRET

CONFIDENTIAL - FRODO BAGGINS

SECRET



TOP SECRET - FRODO BAGGINS

CONFIDENTIAL - FRODO BAGGINS

SECRET

AMPELSSIMO DOMINO S. R. E.

Cardinali Ioanni Morono patrono suo, S C I P I O

Bongallus Ci. Ro. Ciuitatum Castella-

nae & Ortanae Episcopus.

S. P. D.



AM tandem, dum cognominatur hodie, τῶν προύργων π, & ipse delibero, parua licet sim auctoritatis & gratiae, totusq; sané in eam curā & cogitationem incumbō, nec me quā terra mariq; hodie hinc & inde hostiliter gerantur commouent, nec vniuersa isthac quae impendet malorum λῶν, nisi Quartus succurrat Paulus, retardat ab instituto, quantumlibet saeuat Mars, & Neptunus furiat. Resū enim curā Deo permitto, qui & de sua orbem condidit voluntate, & eundem de sua conseruat misericordia; pugnatq; pro sua factura potentissimus, & licet in uitam quandoq; immo semper, protegit benignissimus. Quamobrem quae supra nos sunt missa facio, & priuatam rem cogito, nostroq; Pythagorae facile subscribo, qui in sacro, hoc est, in arcanis dei introspectiendum non esse praedicabat. At tu interea temporis, ingredi quæso mitissime Pater, cum Madrutio tuo & Truccis illustrissimis, qui opere in tanto magnam partem habent, ingredi auspicato Platonicæ Iamblichæ tabernaculum: exepieris iucundissime super omnia sine supercilio, hilariq; vultu, vernantes hic inter quippe rosas, Dardaleosq; mille antiquæ sapiētiæ colores. magna animi voluptate de Pythagoræ vita expressum Tridentinū gustabis mel; quod nullū certe admisit fel; qñ id de altis illis cacuminibus omne florilegiū depasta, solertissimæ apīs Tridentina cōfecit. Ingredere, inquam, tabernaculū quod fixit homo, & propera, vt facis, ad quod fixit Deus, vbi vera sit emundatio conscientiarum ab operibus mortuis: veruntamen ne despice & istud pro tua clementia atq; prudentia. Despiciant alii, tui dissimiles, & non respiciant: qui quidē nō possunt frigida fomenta turarum

relinquere, quos nō ducit cælestis sapientia, qui scioli tantum sunt, & doctrinarum ac sensuum nouitates venantur, scissis rebus per aua quædā & diuersa dogmata, quæ orbe toto, & ecclesia tumultante iamdiu sepulta sunt: hisq; sibi perplacent, vt fiat eorum vita tota vanitas vanitatum: Iamblichō nāq; portæ, vestibula, gradus, atria omnia sunt munda mundis, sunt præclaræ zetæ, sunt insignia fastigia, illustria, sublimia, & quæ alta à longè cognoscūt, præsentia pandunt, & ad ventura pelliciūt: demum mirifica sane, ad traducendum æuū, mortalitatemq; hanc nostrā exanclandam magnopere accommodata. Næ tu putabis (mihi crede) hos hortos Hesperidū, & paradisos dæliciarū post eos ad orientē, vbi inter cætera & mala punica fortassis inuenies esu visuq; mirabilia. Et quānuis hic nulla videre sit veterū sacra nostrorū cadelabra, nullas mēsas aureas, nullā propositionem panum, urnam nullam auream, aut virgam Aaron, & Cherubin obumbrantia propitiatorium: quam plurima tamen offendes posteris tradita diuinitus, inuitantia ad æternam illam hereditatem, patriam illā, veram illā vitam (de qua iam tempus est nos assidue cogitare) capessendam, vtpote cum dulcissima lectio auocat à voluptate, cum silicium indicit, cum diuinum oculum, cum Platōne, mille carnis esse meliorem dicit, cum Pythagoricos aculeos, fide tantum, nullaq; alia ratione, tenuisse quæ didicerant, recolit: cū animos omnino immortales, & mortem non timendam narrat: cum, quid pulcherrimum sit? harmoniam esse inquit: quid fortissimum? sapientiam: quid optimum? felicitatem scilicet sempiternam: cum ait populares non esse ineundas vias, discalciatiū sacrificare oportere, continendam linguam, per numerum edocendas sacrarum rerum Leges, & Theologiam: cum inauritū tempus, optimum: cum non euellendas fructuosas plantas recenset, cum prædicat qd fides sit fundamentum vnicū amoris, sexcentaq; alia huiusmodi cōmemorat: quæ vt olim vetera illa nostrā exemplari seruiebant, & vmbra cælestium, sic ista ancillantur imagini futurorum. Spatiare igitur inter

amænissima vireta citra sudorem, & lege & liga fasciculos
non deprimentes, vernantissimasq; texe corollas piorū cer-
uicibus imponendas, & alta mente selectissima contempla-
re floralia, quæ si vndecūq; lustraueris, nihil profecto tem-
poris, nihil delectatiōis, nihil vtilitatis, nihil dignitatis sen-
ties tibi deperisse. *μυστηριότητος* est Pythagoras atq; di-
gnissimus, cuius tu flores mortalibus tradas odorādos, fru-
ctus daturus postea de Iesu veritate suauissimos, cum Deo
placuerit: quod sæpe interloquendum cum magno sena-
tus lumine, lectissimo atq; doctissimo Scotto Bernardino
Cardinale soleo dicere, cum eum viso. Sed cui nā? potius
Iamblichana ista fragrantia, quæ est ad curationem animo-
rū nata, dedicetur? quàm tibi? qui es raras inter aues Chris-
ti bonus odor. Qui es diuī Augustini literarum nō solū
cupidissimus, sed & suæ totius familiæ, vnde ista emanat
runt, amantissimus. Qui mundi rebus ita vteris vt moriturus
ita illis parcis vt semper victurus. Qui subiectos ita be-
ne in pace regis, vt nō imperes, sed vt præsīs & profis. Cui
(inquam) potius, quàm tibi? cui vt nauis gubernatori se-
cundus cursus, vt medico salus, vt Imperatori victoria. sic
summæ curæ est vita ciuium tibi creditorum, quo locuples
& vndecūq; sit quàm beatissima. Vale, & post tot peractos
tecum dies & annos Episcopum fidelem tuum, licet
non diuitem, dilige & ama, & quātum vales seu
voles foue & faue. Romæ die. 20. Ia-
nuarii. M. D. L V I.

**Iosephi Pamphili Veronensis
Augustiniani.**

**Quicquid habent sacri Nilotica templa repositi ,
mysticus arcana Iamblichus arte legit :
non hic inuenies lachrymosas Isidis aras ,
semicanemq; uirum , semiuirumq; canem :
non hic discriptus gladijs quæratur Osyris ,
his nihil in scriptis corniger Apis habet.
Aeternum hic numen castus uenerare sacerdos ,
Occulta hic summus pingitur arte Deus .
Cedite uos uulgi , series obtusa , prophætarum ,
hæc animæ , cultis mentibus æscæ datur .**

QVAEDAM E IAMBlichO

de uita Pythagoræ collectanea; Auctore & interprete

Nicolao scutellio Tridentino Ordinis Fratrum

Eremitarum sancti Augustini.



N OMNI PHILOSOPHIA
opere inuocare Deū uniuersis sobrijs
mos est. Idq; præsertim in Pythagoræ
doctrina : cum enim diuinitus tradita
fuerit , non nisi diuinitus etiam suscipiēda. Philosophia Pythagorica, quos
nam excedit humanam vim, ut nemo
statim intueri ipsam queat , nisi quos
piam Deorum interpretante, maxime
iccirco Deorum auxilio eget. Sequa

mur quò Dij iusserint . Sat nobis erit Deorum voluntas. Adit sacerdotes,
patre uigente, ut diuina res disceret. Miræ Pythagoræ religionis , inges
nij, continentia, mansuetudinis, animi ab omni turba alieni. Temporis erat
parectissimus, monitu Thaletis atq; eius gratia, uini & carnis usu, & præ
sertim edacitate, & ventris ingluuiæ abstinebat. Subtilium rerum, & fa
cilis digestionis nutrimento aliebat: tam pauci somni . Salui maxime
animi, deinde corporis consillebat. Potissimum sacra deorum frequentabat.
Traiecit in Carmelum , montem Phœnicie , ubi in templo mansit diutius.
In Aegyptum transiit, multo studio templa petit, & terit. Nullum illustrem
virum, nullum sapientem ; nullum sacrificium ; nullum deniq; locum præ
termittens, ubi plus quicq; sese inuenturū speraret. Sacerdotes uisibat om
nes. Duos & viginti per Aegyptum annos perstitit in adytis Astronomo
rum & Geometrarum. Et imitatus nequaquā obiter, nec fortuito sacra deo
rum omnia discibat , donec cum Cambyse captiuus in Babylonem deduc
itur. Hic labens Magorum, & labeantium consuetudine utitur , edoculus ab
eis sacra, & deorum exactissimam cultum. A Magis numeros, & musicū
capit, & mathematicas reliquas. Duodecimq; alios commemoratus annos , in
Samos regreditur. In Samo symboli cū doctrinæ institutum, Aegyptiorum
more aggreditur . Symbolicum doctrinæ genus patria Samus non recipit.

Cum Samij Pythagoræ disciplinas à Barbaris acceptas fermè contemnerent, iuuenes pretio aliciebat, qui discerent. Discenti euidam adolescenti criobolam tribuebat in præmium. Locum in patria extruxit, vbi versaretur, qui & hodie quoq; dicitur Pythagoræ Hemicyclion. In quo de summa Reip. Samij cõsulât, rati de honestis, & iustis, ac vtilibus, eo i loco agendum esse. Vbi horum omnium curam constituit Pythagoras. Extra urbem vero Antrum Philosophiæ ponit. In hoc, dies, noctesq; totas disceptabat. Pythagoras conficit rerû cælestium disciplinas arithmeticis, ac geometricis demonstrationibus, Sapienissimi Græciæ ad Pythagoram proficiscuntur Samum, vt inde doctrinas ebiberent. Cû iudicaret diffcillimum esse, et legibus patriæ seruire, & Philosophiæ ob munera publica, refugit in Italiam, patriam multorum arbitratus, qui optime docentes audiant. Crotime primum constitit. Duo millia, & eò amplius virorum conueniunt cum liberis, & vxoribus, cõmunem locum condunt. Hinc magna Græcia, omnia habebat communia. Deorum ascribitur numero Pythagoras, perinde ac optimus quis demon, hominum beneficio missus, Pythium nonnulli, quidam Apollinem, ex hyperboreis Pœana complures, alij inhabitantium lunâ deum vnum. Sed plurimi, deorum omnino quempiam, humanâ in forma aduentasse aiebant, opem ad bene, beateq; viuendum mortalibus allaturum, vt felicitatis, ac Philosophiæ donum nobis veberet. quo certe diuinus nec apparuit à Dijs, nec apparebit vnq;. Est quoq; Aristotelis illa de Pythagoræ philosophia vulgata partitio. Animalium ratione vuentiû aliud quidam deus, aliud verò homo, aliud Pythagoras. Purgare docebat interiorem oculum, ad cernēda vniuersa principia. Affulsere Graijs, auctore Pythagoræ, optimus Reip. status, & popularis consensus, & cõmunicatio amicorum, & cultus deorum, & sanctitas, legumq; institutio & eruditio: & silentium, & ab alijs animantibus abstinentia, & modestia, & cõtinentia, & solertia, & quicquid diuinum & pium. Iure igitur optimo eum tanq; numen, non hominem mirabantur. Vbi feruere seditiones & odia cluû videbat, cõcordiâ seminabat. Pythagoræ apophthegmatum summa fugari quidem debere omni studio, atq; igne & ferro amputari à corpore quidē morbû, ab animo vero indocilitatem, à cubiculo sumptum mimiû, seditios, nē ab vrbe, à domo discordiâ: simulq; ab omnibus, vt ne quid supra modû.

Persuadebat adolescentibus à seniorum latere non recedere, affirmans, & in mundo, & in via, & in urbibus, & in natura, id semper quod antea tempore, honestius esse. q̃ quod sequitur, vir ortum occasu, aurorâ

Humana i forma Deus.

Arist. de Pythagora.

vespero, genituram corruptione, principium termino, indigenas externis, colonos vrbibus, deos dæmonibus, hos semideis, heroas hominibus. Nō minores reddendæ parentibus gratiæ, q̃ illi qui iam mortuum in lucem reuocaret. Beneficis amor debetur. Temperantiæ virtus maxima est, vipote quæ & pueros, & virgines, & senes, & matronas decet. At hæc adolescentibus maxime est necessaria. Nam vna hæc & pulchritudinem corporis continet, conseruatq; animi sanitatem, atq; optimorum institutorū desiderium. Tum quantum temperantia expediat, intemperantia Græcorū exercitius apud Ilium, testis locupletissima potest esse. Cura corporum maioris amicis confertur: nam statim deficit. Bonorum honestorum, quedam & ab alijs accipi queunt, quedā minime, vt forma, robur, valitudo. Educatio facit, ut distet homo a pecude, Græcus à Barbaro, liber à seruo, philosophus ab imperito. Primum à Pythagora inuentum Philosophiæ nomen. In primis erigi Musarum templum consulit. Has siquidem deas & appellationem eandem habere omnes, & honoribus maxime gaudere mutuis, & cunctis visum eundemq; semper chorum musarum cōmunitatis amantissimas musas docebat. Quarum certe vis non modò circa optima theorematum versatur, verum & circa concentum omnium quæ sunt, & harmoniam. Omnis locus iustitia indiget. Vnde finxerunt homines eodem consistere ordine apud Iouem Themidem, ius apud ditē, ac apud respublicas leges, vt intelligatur esse vniuerso iniurius, qui ordinem iustitiæ violarit. Deorum nullus in iusurandum prouocandus. at re ipsa seruanda, potius q̃ iuramento, fides. Bonum, opportunitas, in omni actione. Maxima iniuria est, filios dirimere à parentibus. Optimi, qui per se ipsos bona norunt. Secūdi, qui aliorum enitibus. Deterrimi, expectantes malo suo melius discere. Solitus est hæc pueris suadere, vt neq; conuitia incipiāt, nec vlciscantur conuitiantes: atq; circa disciplinas, quæ nomen ab ætate sumpserunt, exercentur. Bene nato adolescenti, facile est probum esse. Nō bene nato, difficile. Magis vero nec fieri vllō pacto potest, q̃ à praua occasione ad finem recte curratur. Iuuentæ cū maxime Genius faueat, potestas fit in templis versari: ac ideo mitissimos deorum, Apollinem et Amorem pueros ab omnibus pingi. Omnes ferè ludi decore exercentur per pueros. Puerorum genitura Apollo est prouidentia. Etatis vero progredientis omnes Dij. Neq; his eis repugnare maioribus.

Musæ cōmunitatis studio.

sa.

iustitia.

Iuuenta genialis.

Mulierculas pro sacris offerendis & præce monebat, pueros ad id vt viros deo gratos eligant. Deinceps eas ad Aras nullo seruitū comitante ve-

nire. Cæde nunq̃ litandum. Nuptis amandi plus viri, q̃ parentes. Vitæ de famellis omnino lites, atq; inuicem contumeliæ; hinc fama ē, tres vni eo oculo vsas. Religionis maxime proprium mulierum genus.

Purissimi hominū, & clarissimi peregre cuniorum, optimarum rerum cognoscendarum gratia. Primum rerum, illud s. numerorum & rationum natura, omnia percurrens. Vnde vniuersum hoc, & digestum est sedulo, et ornatum decenier. Et sapientia quidē ea verissime est, quæ circa pulchra prima, & diuina, & incorrupta, & semper circa eadem, & itidē se habentia versatur: quorum participatione reliqua pulchra redduntur. Philosophia vero zelus huiusmodi sapientiæ, erat Pythagoræ sermo, etiam rationis, & mentis expertia mouens, Dauidiam Vrsam vastantem incolas domat. Homini primæ curæ est, rerum pulchrarum sensus. Musicæ tanta vis, ut animi, corporisq; sustinere queat, affectus, & egritudines curare. Omnes hominum perturbationes diatoniciis numeris, & chromaticis sedat, & ad virtutem excitat, ad somnum ipse suo pleetro, & lyra, celestium spherarum harmoniā imitatur. Discebat à cælo Pythagoras ipse. Adios, censebat in se spectantes doceri debere per imagines, & exempla, quando inueneri hominem. nequeunt, archetypa ipsa prima, & pura, sicuti non vana, lentibus fixæ solem aspiciere propter radiorum excellentiam in fulgore, vsus est & remedium ex aqua, vel pice lique facta, vel speculo, purgandi sunt mathematicis animi: & vitia, musica oportet lustrari.

Ciuis illis, abstinendum, qui rationis, puritatem impediunt. Silentium obseruandum. Pareendum vino, esca, somno, gloria, diuitijs. Verendi siue hypocrisæ, digni. Æquales diligendi seris. Hortandi ab his inuidia iuuescas. Seruandus omnibus in rebus amor, atq; à omnia, amicitia rerum omnium Pythagoras numeris prout, & instituit.

Ab omni voluptate mentem auocat. Totæ studio tendebat ad salutem, & curâ oculi diuini: qui (ut priecclare inquit Plato) mille carnis ē melior. Venientes ad se discendi gratia, non prius admittit, q̃ mores diligenter assidue tentasset: exprobrare valebat risus, silentium, voluptates, meræres, sagarata, incessum, totius corporis motum. Tres annos in eo, periculo famamendo dicebant, nisi plane sciret signis naturæ, & consuetudine, scapere, ne possent disciplinam. Silētiū per quinquennium indicenti tñ quo maxime cognoscere dicebat se, constantiam, perinde ac si continere linguam, difficultimum inter omnia fuis. Probati per quinquennij silentium, ingredi permittabantur ad audiendum Pythagoram ipsam.

Ab omni voluptate mentem auocat. Totæ studio tendebat ad salutem, & curâ oculi diuini: qui (ut priecclare inquit Plato) mille carnis ē melior. Venientes ad se discendi gratia, non prius admittit, q̃ mores diligenter assidue tentasset: exprobrare valebat risus, silentium, voluptates, meræres, sagarata, incessum, totius corporis motum. Tres annos in eo, periculo famamendo dicebant, nisi plane sciret signis naturæ, & consuetudine, scapere, ne possent disciplinam. Silētiū per quinquennium indicenti tñ quo maxime cognoscere dicebat se, constantiam, perinde ac si continere linguam, difficultimum inter omnia fuis. Probati per quinquennij silentium, ingredi permittabantur ad audiendum Pythagoram ipsam.

Philosophia
zelus sapien-
tiæ.

Musicæ vis.

E cælo discē-
dum.

Archetypa.

Lustrandi ani-
mi.

Amor.

Diuini oculi
cura.

Exploratio
iuuenū pytha-
goræ.

Silentium.

Mysteria veræ philosophiæ velanda indignis; ne, si puriores aquæ in puteos cænosos immisissæ sint; & cænum turbetur, & aquarû splendor cõtaminetur. Tollendæ ergo prius affectiones. Vitiæ ante penitus extirpanda ferro, igneq; , ac omnibus disciplinarum machinis. Non autem omnia omnibus doctrinarum genera communicabat. Sed suam cuiq; pro ingeniorum capiti, & dignitate distribuebat. Hos quidem Pythagoræos legitimos, illos verò dicere solebat Pythagoristas, æmulos Pythagoræorum. Sic Atticos & Atticistas, Pythagoræorum omnia cõmunia. Quosdã vocabat Acusmaticos. Alios Mathematicos. Acusmatici, fide tantum, nulla ratione, quæ didicerant, tenebant, vt diuinas res. Eorû audita triplicia. Nonnulla quid est? significant. Nonnulla quid maxime? Alia quid agendum, quid non? Quid est? vt quid insulæ beatorum? sol & luna. Quid est in delphis vas ticinium? quaternitas: quod quidem est harmonia, in qua syrenes. Quid maxime? vt quid iustissimum? sacrificare. Quid sapientissimû? numerus. Quid sapientissimum apud nos? medicina. Quid pulcherrimum? harmonia. Quid fortissimum? sententia. Quid optimum? felicitas. Quid verissimum dicitur? qd hominem mali. Huiusmodi sapientia septem sophistarum dicebatur. Ii enim non quid bonum requirebant, sed quid maxime? Quid agendum, quid non? Vt qd oportet generare filios. Oportet dextrum calciare prius. Non oportet populares ire vias. In publico non baptizandum. In balneo non lauandum. Occultum quippe in his omnibus. An puri sint omnes communicantes. Onus non simul leuandum: neq; enim danda occasio est non laborandi. Nil sine luce fari licet. Litandû aure calicis. In annulo in signum imago dei non gestanda, nè maculetur. Per dextram capiendum. Gallus albus non offerendus. Consulenti, optima consulenda: nã sacra res, est consilium. Bonum, labores. Voluptas; omnino malum. Discediamm; oportet sacra facere, & ad diuina accedere. In sacro nõ respiciendum. Panis non frangendus: quia ad iudicium in inferis non cõfertur. Iguia non decet congregantem dissoluere: omnes enim ad vnũ panem amici cõueniunt. Omnia quæ talia præcepta propter diuina, & ad diuina referuntur. Et hoc est principium. Vita quoq; omnis ita instituenda, qd sequamur deum. Et ea ratio est eius philosophiæ.

Velanda philosophia.

Fides.

Tetractys.

Sapientissimû numerus.

Pulcherrimû, harmonia.

Optimum fœlicitas.

Dextrû proprius.

Onus.

Nil sine luce fari licet.

Annulo nõ ferenda Dei icon.

Sacra res cõtensilium.

Discediamm; oportet sacrificare.

Sacra res cõtensilium.

A Deo querendum bonũ.

Ridiculum efficiunt homines, aliunde q; a deo querentes bonum. Si quis supprincipem curet in Rebu. dimisso omnium principe. Sic omnium dominus Deus. Bonum verò ab omnibus hero petendum; omnes enim ijs, quos amant, & quibus gaudent, bona largiuntur.

Talia instituta quidam Hippaso tribuunt Pythagoræo: qui, cum sp̄bes
ram duodecim Pentagonorum impius descripsisset, per fretum perijt. Geo-
meria apud Pythagoram Historia appellabatur. Docebat varijs vijs, iux-
ta cuiusq; naturam & aptitudinem portiones dani. Testis est Abaris sacra-
dos Apollinis, quem relictis tentamentis, & silentio, statim ad intima re-
rum dogmata traxit, de Dijs, de Natura instruens. Hic siquidem Abaris
venit ex Hyperboreis, ut veberet ad propria, sapientissima quæq; italica.
Is arcum donat Pythagoræ, quo flumina, montes, maria, & cuncta inuia
facile traieciat.

Arcus miris-
cus.

Theologia per
numeros.

Pythagoras beneficio hominibus venit. Iccirco sub humana forma, ne
nouitate perturbarentur, atq; doctrinam eius refugerent. Theologiam, &
rerum sacrarum leges per numeros docebat: ratus hæc puriorem existere
& diuinorem cognitionem, ac cælestibus deorum numeris magis propriâ,
aptiorem etiam Abaridis ingenio.

Primû in experiendis ingenijs animaduertebat, an continere os possent:
deinde si verecundi. Et multo plaris silentium faciebat, q̄ sermonem. Pri-
mam cogitationem, & curam de moribus. Secundam de ingenio, de me-
moriam habebat. Sed ante omnia mansuetudinem requirebat. dictam ab eo
Cratysim. Expertes mansuetudinis, ineptos sapientiæ iudicabat.

Cratysim, leni-
tas.

Silentium.

Mane Pythagoræi p̄ ea loca dumtaxat deambulabant, in quibus quies &
silentiû mediocriter, & templa, salusq; erant. Nec nisi constituto prius ani-
mo, occurrendum alicui censebant: constituendo vero animo aptissimû ac-
tibus cuiusmodi silentium esse. Post matutinam deambulationem vna con-
ueniebant ad imbuedos disciplinis & moribus animos. Deinde corpora en-
rabant, yngentes, currentes, luctantes. Tempus optimum, matutinum. Cis-
bo viebantur melle, fauo, pane optimo. Vinum die nescientes. Post tempus
optimum, circa Politicas, Oeconomias versabantur. & Exteras, & Xenis-
cas. Crepusculo rursus deambulabāt tribus, duobusue iuncti, ut discipulis
nas rememorarent. Sed mane, soli deambulabant. Post deambulationē cre-
pusculi, lauebantur. Laui cænabant, non plures q̄ decem conuiue. prius
litatis numinibus. Ante solis occasum explebant. Post conuiuium, sacrifici-
cium. Deinde lectio, quæ imponebatur minimis natu a maioribus. Liban-
tibus hæc monita dabantur, Domesticam plantam & fructuosam ne vellis-
te, neu: ledite. De Deorum, Dæmonum, Heroum genere, & sentite recte,
& loquimini utidem; & de parentibus, & de beneficiis. Fauctore legibus;
estote iniquitatis hostes. His actis, domum abibant veste pura & candida.

Stratis puris & candidis utebantur absq; lodicibus. Indumenta linea. Et strata non ex pellibus, villsue.

Fertur & alius instituenda vitæ modus p Apophrases huiusmodi. Tolenda ex vera amicitia lis omnis & contentio. Atq; id quidem ex omni amicitia. Quod si fieri non potest, ex paterna saltem, & ea, quam erga maiores, & beneficos gerimus. Partes iuniorum (si inciderit iurgium) cōtinere, q̄ maxime impetum, & furorem; & seniori cedere. Fundamentum amoris, fides. Ea sublata, tota amicitiarum lex, ius, vis, ratio perit. Nuncq; mentium amicis.

Modus Pythagoræ philosophiæ per symbola. Is character antiquissimus apud Græcos, et Ægyptios, occultâdis diuinis mysterijs accommodatissim.

Ex auditorio Pythagoræ, maxime vetustissimi & cōtemporanei, & discipuli (ipso Pythagora sene) iuuenes, Phylolaus, Eurytus, Charondas, Zaleucus, Brysson, Archytas senior, Aristæus, Lysis, Empedocles, Zalmoxis, Epimenides, Milo, Leucippus, Alcmaeon, Thymaridas, exierunt sapientissimi omnes. Li non cōmuni editione & populari philosophabatur, sed ex institutione Pythagoræ diuina mysteria indignis & imperfectis velabant per symbola. Et si quis differuisset non per symbola, & vt lege Pythagoræ cautum erat, ridicula cuncta & anilia censebantur. Obscuris enim vera, & grandia inuoluenda putabant. Talia symbola erant, Obiter nec in templa ingrediendum, nec procidendum omnino: neq; si ad fores ipsas astares. Piscalciatus sacrificia, & adora. Populares declina vias. Vade per inaccessa. De Pythagoreis sine lumine ne garras.

Dissuadebat aliena Dys, et ab eorū familiaritate abducere nos, et quicquid quinationem & sobrietatem mentis impediunt. Hæc vulgo de alimonia. Priuatum vero illis, qui altius, subtiliusq; philosophabantur, edicebat. Tollens prorsus superuacua pabula, & impia. Nil edendum, animæ paraticeps. Bibendum nullo modo vinum. Nec animantia mactanda Dys, vel vlla ex parte lædenda. Hæc eadē ipse, lege inuolabili custodiebat, Amantissimus. Altarium, nulla cæde nullius sanguine madentium. Hæc eadem & legum latoribus sanciebat. Nam cæde animantium arbitrabatur frangi eam naturæ societatem, & eam, quæ ipse nobiscum est, cōiunctionem, ac ita iustitiam contaminari. At quibus vita satis purgata, & sancta, & digna philosopho non erat, contingere quedam animantium committebat: ita tamen statim vii diebus abstinere, ijs ipsis decernebat. Cor non absumere, nec edere cerebrum, & ab eis abstinere Pythagoricos vniuersos. Prin-

Fides fundamētum.

Symbolica theologica.

De mactanda Dys.

De abstinentia.

Cor. Cerebrum.

cipia enim sunt, ac tanq̃ sedes quædam sapiendi & viuendi. Bellum minime irritandum monebat: quoniam primus nūcius exiisti, signumq; compatiendi cælestia ad terrena. Melanurum ne tangito: terrestrium quippe decorum. A rebellione pisce abstine, & fabis.

Fabis abstine.

DE MUSICA.

Lyra.

Organū Pythagoræ. Lyra.

Musicæ bona.

Musicā apprime conducere valitudini & saluti corporis opinabatur, si aptis numeris vteretur. Vere nouo solebat conuentus in circulum facere, in medio statuens lyra psallentem. Illo psallente, quot quot recte poterant, in harmoniam concinebant. Sic adhiberi facile remedia animi perturbationibus assuebat. Vsurpabat pro organo lyram. Nam solitum tibiæ illicet ralem, & tumultuarium explodebat: Choreas eadē dulari patiebatur. Homerū dicta, atq; Hesiodi ad institutionem vitæ diligebat: Dicitur etiam Pythagoras spondiaco quondam rhythmo per tibicina extinctisse Tauronem pueri furentis rabiem, nocte irruentis ad amicā a Riuali possessam, & fores domus incensuri. Sic & Empedocles pacauit musica furorē adolescentis, qui stricto ense Anchitum hospitem Empedoclis persequēbatur occisurus. Hic Empedocles in mouendis sono & concentu precordis, & quō voluit flectendis, illustrissimus inter omnes Pythagoræos extitit. E sonitu eudentium malleis fabrorum Diapason, Diapente, & Diatessaron proportionem deprehendit harmoniam. Excogitauit etiā fere innumeras proportionēs, & organa musica baud pauca. Tetrachordum, Heptachordum, Monochordum, Pentachordum constituit.

Animus offerentium spectat.

Dij.

In Italia.

Et multa etiam laudantur politice ab ipso tractata. Dum enim Crorone efferrentur maximo sumptu funera, hæc de diuinis Pythagoras fatuit, Cælites animos offerentium spectant, non rerum copiam. Etonitū decorū Inferi, tanq̃ inferiorum hæredes, cantibus, ludis, querellis, magnis gaudent impensis. Vnde ob capiendā auiditatem Platonī, daci Orcum arbitrabatur.

Ea tempestate florere videbantur & in Sicilia Charondas Catanensis Pythagoræus, Zaleucus, & Timæus Locrensis, optimi legum latores.

Rerū pub. lib. nec tres.

Pythagoras totius ciuiliſ scientiæ reperiitor, Nihil (inquit) hic purū, mixtū contrarijs omnia. Ex hac hypothesi ratio ad vtrāq; partem impetum summit. Duo autem motus, corporis, & animi. Corporis, irrationalis. Animi, electius. Rerū publicarum constituēbat lincas treis, huiusmodi extremitatibus contiguas inuicem, vnum rectum angulū efficiētes. Hanc quidem sesquiquartiam naturā habentem. Illam vero, quintū huiusmodi valentem. Harum verō & iam, virarūq; mediā. Computandis autem nobis & lib. natarū inuicem concursiones, & locorū ab his, optimam pectam esse

Reipublice formam. Constat, & vendicasse sibi hanc sententiam Platonem in Repu. dicentem planè sesquiterciam illà radicem, & propaginem quinte iunctam, & duplices præbentem harmonias. Exercebat affectuum temperatiam, & modestiam. Mulieribus pudorem suadebat. Pythagoras exiit Modestia. stimatus à Crotoniatis Apollo.

Signa sanctitatis Pythagoræ. Primū, quoniam norat suam ipsius animā, Nosse suū ipse quæ nā erat, & vnde in corpus ingressa, & priores eius vitas. Tum transiit suū animum. seunti Nessus fluuius, Salue ait Pythagora. Is terremotum sedat, auertit pestes, ponit ventorum vim, & tempestates marium, fluminumq; Terræ motum in pateo futurum, vnde potauerat, prædixit. Et de naue secundis ventis currente, & mergenda foret. Agenda deo placita. Talia verò haud facile scire est, nisi quis ab eo, qui deum audiens, vel ipse deam audierit, vel Deo placita à arte diuina didicerit. Non quædam deo possibilia, quædam verò impossibilia deo discenda. Lini carminum. Sperare omnia oportet, quoniam nil spem fugit. Facile Spes. cuncta deo perficere, nihilq; Deo non facile; Pythagoras in sacris vnq; est Nil deo nō factus non gustans quicq;. Racedæmon expiata per Pythagoram, immunis à tunc. peste. In Sibari anguem perniciosum cepit & intermit. aliū in Tyrrebenia paruum morsu necauit. Crotonæ albam Aquilam prehendit expe. Aquila alba. Etantem. Tristissimum Pythagoræorum verbum, Bipes homo est, & auis, et tertium, aliud scilicet Pythagoras. Casui nihil, at diuino omnia cōsilio triebant. Testis Androcyda in volumine de symbolis Pythagoræis, diuine non reuelari prouidentie sapientissimum, vnde tanta religio. Dicendum Theologiæ & Pythagoricæ per numeros theologiæ exemplar indubitatum apud Orpheum exemplar perphenem, nec obscurum. occasione ab Orpheo sumpsisse Pythagoram: atq; numeros. ita de deo constituisse sermonem. quem & ideo sacrum inscripsimus, tanq; Theo. Dei ver ex maxime mystico apud Orpheum loco. Vnde Pythagoras inquit, numerum. ri substantiam sempiternam esse, planè principium omnis cæli, & terræ, Orpheus. & mediæ naturæ. Amplius & deorum, & deorum & demonum sedes Numerus origi. radare. Itac apud Orpheum. Indo perspicuum, & numero terminatam go omnium. essentiam deorum ex Orphicis sumpsit. Efficiebat verò numeris ipsis & ad Orphica. mirabilem præscienciam, & curam deorum. Sanctius, q; sanguine litant. Numero prædam. Sacrum censebat gallum. Potentes omnium Dij puandi. Credendū scientia. diuinis dogmatibus, quæ Pythagoras tradidit. Amiciebatur indumēto al. Vestis cādida bo, & puro. Probiores laudabat. Lineis, & corpus, & strata regebat. pura. Opera famæ, & diuinationibus dabat, & fortibus. Litabat Dys ibus, mis

dium, & placentulas rotundas, fauos, & alia etiā thymamata. Per deorum nomina non iurandū. Iuramentum Pythagoreorum. Non, per nostræ sapientiæ inuentarem quaternarium. Bonum, semper fluentis nature, radices habentem intelligentes Pythagoræ. Pythagoras persuasus interpretationis Orphæi. Et Deos, more ritūq; Orphæi, colebat stantes i statuis, & ære, non oistros cōiunctos formis, omnia potentia & sciens, similem vniuerso formam habentes, & naturam. Is coniunxit cultum deorum cum diuina philosophia, quæ didicerat ab Orphicis Ægyptij sacerdotibus. Chalcidensis Magis, diuinarum rerum scientiam hausit. Sacrificia verò in Eleusina, Imbro, Samothracia, Delo, Celsis, Hibernia, Latiniis. Hic aiebat, liare homines, & vaticinari Apollinē ex Tripode, eo q; per trinitatem primus numerus. Veneti verò sacrificari senario. Quia primus hic numerus omnem quidem numeri naturam communicat. Secundum vero quæcumq; modum diuidatur sumit, & eorum quæ auferuntur, & quæ relinquuntur vni. Herculi sacrificandum octauo. Ingressiendū in sacra, veste munda, & in qua nemo vnq; dormierit. In templo non pariendum: non enim fas, in sacro colligare diuinatē animæ ad corpus. Pedunculū in templo ne occidit. Cedro, lauro, cupresso, quercu, & myrto honorandi. Dij. Dentes nō scandendi. Aceruus ē cupressis non fabrefaciendus: quia sceptrum Iouis cupressum, vel ob aliam mysticam rationem. Cælo tonante, terrā tangenda membra generationis entium. Adeunda templa. Et dextra loca confuebat Pythagoras principum impatis numerorum, & diuinum ponens. Sinistrum verò, paris, & dissoluti symbolum.

Pythagoras omnis sapientiæ gnarus, circa geometriā plurimū insudauit. Quam ob Nilī inundationes, agrorum diuisionibus necessariam inuenerūt. Theoremata igitur eius artis per multa ab Ægyptijs coepit. Cælestia verò speculata nonnulli tribuunt Ægyptijs & Chaldeis. Ratiocinia, & numeros Pœonicibus. Philosophiam primus appellauit, ac studium sapientiæ. Sophiam verò, scientiam inquit veritatis eorū, quæ sunt. Esse autem eas, quæ materia prorsus carent, & sempiternæ, & salum actu subsistentiæ, hoc est incorporea. Reliqua æquiuoce entia, secundum entium participationem, vixote corporea, materialia, genita, et mortalia, nullo modo verè entia. Sapientiam verò probabat, esse scientiam verè entium, & non æquiuoce entium. Neq; enim sepi i queunt corporea, nec firme cognosci: quoniam in infinitum abeunt, neq; vlla comprehendī sciētia possunt, cum nō sint, & ters-

mino diffinita non existant. Si ergo talia eam naturam sortita fuere, ut nec sciantur, eorum scientia non erit. Non itaque etiam fas est, esse amorem scientiae non manentis, sed potius illius scientiae, quae versatur circa vera entia, et circa eadem semper, et identidem perstantia: atque horum apprehensione etiam aequivoce entium tenere cognitionem.

Symbolice loquebatur, breuiloquentiam amabat: in qua diuinissimas reponerat sententias, et scientias. Tritum Pythagorae apophthegma, Principium totius dimidium. Alterum apophthegma, In numero omnia lucent. In pretio Pythagorae erat Musica, Medicina, Diuinitas. Laudabant in primis eum, qui audire posset, et taciturnum. Dieta ad medicinam plurimum utebantur. Carminibus nonnunquam. Sed musicam ante omnia sanitati prodesse putabant.

In pretio
Musica Me-
dicina Vatici-
nium.

Memoria potissimum opus esse: ubi et quae docentur omnia, et quae dicuntur, contineantur et reseruentur. Et tamdiu docendum, et audiendum, quoad capere possumus discendo, ingenio, et memoria, circa quam maxime operari laborabant. Vir Pythagoraeus non prius e stratis surgebat, quam besterna acta ad memoriam reuocasset. Sic vero rememorabant. Contendebant meminisse, quid locuti primum fuissent, vel audissent, aut alijs mandassent. Vel quid secundum, vel quid tertium. Et de futuris eadem ratio. Rursus cui exeuntes primum occurrissent. Vel cui secundo. Et quosnam sermone egissent primos, quosque secundos, et quosnam tertios: et ita quae toto gessissent die, reuoluere animo studebant. Nihil enim ad scientiam, et experientiam, et prudentiam maius, quam posse meminisse. Ab his ergo institutis Italiae vniuersam contigit viris impleri philosophis. Et prius ignota cum esset, postea propter Pythagoram magnam Graeciam appellatam. Philosophos illic complures, et Poetas, et legum institutores euasisse. Artes quippe Rhetoricas, et Demonstrationes, et Leges scriptas ab illis in Graeciam deferri accidit. Et de rebus naturae quicumque meminissent, primum Empedoclem, et Parmenidem Eleatam adduxerunt. Quique de vita quicumque disceptassent Epicharmi sententias afferunt. Et fere omnes eas Philosophi retinent.

Memoria.

Maximū, me-
minisse.

Italia magna
græcia pp Py-
thagorā appel-
lata.

Empedocles
Parmenides.
Epicharmus.

De prudentia

Prudentiam virtutum reginam ac dominam esse quis dubitet? Hæc namque virtutibus vniuersis utitur quasi quidam intelligentiae oculus, et ordinem, modumque praescribit, ipsarum moderatrix. Sed quis aliunde querat, aut petat testimonia? Ne longe abiens, per lustrum vniuersum oculis. Nam tempus hoc omne, quod cernis tam illustre, tam clarum, prudentiam arguit,

opportunitissime omnia & commodissime exornantem. Hæc itaq; mundi facile princeps genituram à pura mente, & perfecta capit: & inde proles illa orta. Rursus in ipsam se intelligentiam contemplandam colligit: & ita
Exēplar mēs. intuendo, & videndo perficitur. Mentem quippe exemplar suum, & modum spectat pulcherrimum Prudentia, & ad id vti ad amissim omnia mu-
Deificat pru- nera obit, omneis absoluit actiones. Adde, si qua nobis cū Dīs societas est
dentia. (est autem plurima) eam sanè totam illa præbet virtus. Hæc enim hominem fermè Deo parem efficit, dum bonorum & malorum, viliū & inutilium, honestarum rerum & turpium delectū habet. Oritur ex hac etiam solidum in agendis negocijs optimumq; iudicium, & humanarum functionum quasi norma quædam & perpendiculum, & (vi summā dicendi conficiam) sanè Prudentia virtus in puppi sedens, gubernaculum tenet hominū,
Gubernaculū. omnium nostrarum rationum, consiliorum, operum dux. Hæc deinde Re-
tenet prudētia spublicas, & domos, quin etiam priuatam cuiusq; vitam diuinam in exemplar refert. Et inde imaginem effingit, q̃ optimam potest, nūc illa delens; nunc alia abstergens, & moderate utraq; exprimit. quam ob rem tantæ potestatis, & authoritatis Prudentia existit, vt suæ factionis homines dei faciem induere, & deos præseferre faciat.

De veritate. Veritas quidem ipsa, quemadmodum ex nomine etiam ipso declaratur, erga deos immortales conuersionem efficit, & deorū actionem incorruptā. At mima opinio hæc ymbrarū, ac imaginum fictio, vt præclare inquit Plato, circum prophana & loca tenebrarum versatur errabunda. Proinde altera sanè pulcherrimarum formarū, soli intelligentiæ, oculō visibilibus, diuinarumq; ac verarum, ac sempiternarum lucem intuendo beatur. Altera autem id quod informē est, & essentiæ expers, & varium, atq; volubile spectat, & de eo cæcutiēdo allucinatur, & caligat. Altera item, quod est, contemplatur. Altera quod in mentem venit, multitudinis & vulgi animi videtur. Proinde veritas cum intelligentiæ versatur lucē, in hac luce viuēte, in hac pascitur, & animi oculum auget. Altera instar Ixionis: dum inanes picturas consuetatur, obiectanubecula luditur, nō rem vllam prebendo, sed dementiæ vanitate aberrando.

DE DIALECTICA.

Deus optimus maximus proculdubio Dialecticam monstrauit, ac mus-
Gemini dra- neri mortalibus misit. Facundus, inq̃ (ceu perhibent) Mercurius symbolū
cones symbolū eius artis in manibus præse ferens, geminos videlicet dracones mutuo sese
dialecticæ. spectantes. Vt verbō probatissimi semper & eximij testantur philosophi, excogitauit musarum antiquissima Calliope inconcussam rationis firmitatem,
Calliope.

ac irreprehensibilem, molli pudore dignam præbuit. Quin etiam in Dlepibus deus munera attendit Dialecticæ, nec explicans (iuxta Heraclitum) nec occultans: at innuens vaticinia, excitat ad differendi indagacionem oraculorum audi-ores, ubi plena ambiguitatum, & æquiuocationum omnia. Et Didymum omne responsum scientiæ citat lumen. Quo perspecto, Themistocles, etiam oraculum recte accipiens, opportune, ut debuit, lignea mænina, causa planè extitit Græcorum salutis. His germana Deus in Branchide opera ostendit dialecticæ, perspicuam inductionē significans, quum ait, Nec volatilis sagitta, nec suavis lyra, nec nauigium vllum sine usu scientiæ potest fieri fructuosè.

Heraclitus.
Nuius, Deorū
Didymū omne
reponsum.
Lignea mænina

Omnes homines Dialecticam vsurpant, imatam eam tenentes ab incubu-
nabulis ferè facultatem & vim aliqua ex parte, quæ id alij magis, alij
calleant minus. Itaque deorum immortalium munus, omnino nefas est projici.
quin illud potius omni studio, industria, arte, exercitatione, omni denique
ope censeo confirmandū, & quæ maxime fieri potest, augendū. Vide namque
quæ hoc ipsum ad omnem vitæ partem apporet momenti. Nam in collo-
quijs cum hominibus habet cōsuetudinem ex cōmunibus tum sententijs tum
opinionibus. Ad inuentionem artium, primas, & summas inuenit origines,
ac principiorū fundamenta. Ante, actiones cogitat, & præmeditatur: quid
facto opus sciet, & quemadmodum conficienda res. Præludia ad Philosophiam
exercitat, ad ea quidem mirificas metodos præbens. Sed si ea lo-
qui oportet, quæ ijs antecunt, non est vlla philosophiæ pars, quam quispiam
absque Dialectices beneficio assequi possit. Nam naturæ dogma inuentū ip-
sum logice cōmunimus, & quæcumque de rebus diuinis contemplamur, ra-
tione differendi cōprobantur. Quid dicam? nihil prorsus aut loqui aut au-
dire ē ab huiusmodi ratione alienos. Immo enim & ipsum nō dicere dia-
lecticam, dialectice moliri oportet, perdiscereque. Siue igitur instituere velis,
siue minime, tamen illa (ut inquit Parmenides) loquentia exercenda est.
quid præterea absurdius nos, quos ratione, & oratione cæteris omnibus
animantibus natura voluit antecire, & illa in primis dote eximia præpolle-
re, tamē bonum hoc penè diuinum, naturæ humanæ proprium temere &
fortuito tractare; & (ut verius loquar) extinguere igniculos illos à na-
tura data? At si quis ea elaborando orationis, & rationis munera secum,
& alia sit complexus, scientiam constituit planè mirifica, & præclaris-
simam, inscriptione Delpbica teste minime aspernanda.

Dialectica.
Dei munera
non proyiciens
da.

Parmenides
dialecticā gar-
rulitatē vocat.

Veniamus iam ad Philosophiæ exercitamentā. Et primum occurrūt illa,

De summo dia-
lecticæ usu.

Instituta ob-
stetricia.
Lucina.

quæ ad recordationem excitant, cuiusmodi rota illa disputatio est, quam tra-
stat cum Menone Socrates, interrogando & respondendo præteritorum me-
moriam expergiscitur. Secundo loco collocamus institutiones obstetricias, qui-
bus Lucina præest, ut salui partus in lucem prodeat. Ita beneficio & ope-
ra obstetricia ducta in lucem, patent quæ nam vera, quæue etiã mentian-
tur. Hæc robur ab arte differendi petunt. Nam elenchis, quasi eleboro ad
purgandos animos utuntur, in opinionibus aduersariorum refellendis, &
explodendis. Sunt & aliæ disciplinæ experientiæ, & exercitationis gra-
tia auditoribus oblatae, vel quæcumq; ad positionem aggrediuntur tractan-
do, aut si quæ vterum scrutantur auscultationes, quarum nulla prorsus mu-
nus obit suum sine artis differendi ope. Quid verbis immoramur? fieri mi-
nime potest, ut verbum vllum, aut demus, aut accipiamus rite ac decore,
nisi eam, quæ de ratiocinando, & sermone differit, scientiam teneamus.

DE IVSTI-
TIA.

Comunia oia.

Initium iustitiæ commune & æquum vsq; adeo, ut corpore vno & ani-
ma vna omnes vterentur, etiam meum diceret idem & alienum, vti & Plas-
to contestatur, accipiens à Pythagoræis omne proprium exterminans, &
commune augens, omnia communia omnibus, etiam fortunæ, resq;. Nemo
proprium possidebat aliquid. Si cui communitas non placuisset, substantiam
quam contulerat, & alteram tantam recipiens à collegio Pythagoræorum,
dimittebatur. Familiaritas & lenitas inter homines, iustitiam adducit. Alie-
natio & aspernatio communis generis, contumeliam. Seruanda etiam ho-
minibus in cognata animantia familiaritas, & mansuetudo, ex institutis

Mansuetudo.

Pythagoræ docebatur: ita ut ea non occiderentur, neue à nobis ederentur.
Domi iustitia est, ideo œconomica dicebat Pythagoras. Quod primum ma-
lorum serpere in vrbes soleret, ne dum ad domos, deliciæ. Secundum, iniu-
riæ. Tertium, clades, & excidium. Aliud iustitiæ genus decreuit, insti-
tutionem legum. In quo Charondas excelluit: Cataneus, & Zaleucus,
Timaratusq; Locrenses: adde Theæthetum, & Elicaonem, & Aristos-
cratem, ac Phytium Rhegiensium legum latores. Zamolxis Thrax Py-
thagoræ seruus, quas à Pythagora tenebat leges Getis dedit, persuasitq;
immortalem Animam esse. Etiam nunc Galatæ ferè omnes, & Traliscæ,
ac Barbarorum pleriq; filios erudiebant, Interire animam nullo modo posse,
sed manere post obitum omnino. Postremo mortem minime metuendam. Opti-
mum, ad constitutionem rerum publicarum in iustitia censuit, Deorum ini-
tia, & auspicia de fursum petere. Hinc vrbes, & leges, & iura degressit.
Tum inquirebat intelligi de diuino, & vti est oportere, & ut sese ad bonis

Animas immor-
talis.

Deorum initia
de fursum.

num generis habet curam ; & non negligens ipsum exilimare . Hoc Pythagoræi vtile in primis ducebant .

Sic eo principio statui, naturam nostram propensam ad affectus corporis, & iniurias . Deinde spectandam esse hortabatur naturæ varietatem, nec dimittendam vnq̃ de pectore pietatem in Deos , & curam . Post deos, Pietas. Dæmonum habendam plurimam rationem, parentem etiam, & legum: & his obediētem confirmare. Nil deterius Anarchia. i. q̃ carere Principe Ex Deterrima sententia Pythagoræ, reditus est animarum. Nil alienius à iustitia , q̃ in anarchia. terimere hominem. Potius sustinēda iniuria, q̃ ob ultionem obruncare homines : positum est enim iudicium apud inferos . Quærenda opportunitas nil iniquius omnium. Principe, & Principio opus est in scientia, & experientia, & Occasio. neratione, domo, vrbe, exercitu . Princeps debet lubenter imperare. Et ij Princeps. quibus imperatum, non inuiti parere. In adiscente, & docente idem. Stateram ne teram ne supergredere. transilias.

Hoc ad iustitiam refer.

Iustitiæ itaq; commodissima munera, & instituta hæc sunt. Cætus hominum lege sociati, comitas, mansuetudo, cōmunicandi, & commutandi ius, & adiumenta, quæ propulsant actiones perniciosas, & statum cōtrariorum scilicet vtilium cum decore cōparantia . Virtutum cerē omnium Iustitia thesaurus summa & quasi thesaurus, iustitia est, ad quam, vti ad signum, & finem urus . spectant, & in qua insunt omnes comprehensum, quemadmodum in veteri verbo innuitur. quisquis igitur virtutem hanc teneat, vniuersas tenuerit. In humana vita distribuere cuiq; pro dignitate, munia, scilicet honores, & cætera quæ obueniunt . Id, sanè prima iustitiæ pars, ad vitam humanam pertinens.

Ille demum bonus iure & sit, & habeatur, cuius potissima actio in pu DE BONL-
ra & defæcata intelligentia consistit ; sitq; ita diuinæ pulchritudinis, & TATE.
virtutis particeps, quam sola mentis acies capit . Bonus, q̃ mētē

Cum aliquando diceret pro concione Demosthenes, Phocionem cernēs habet puram. aduentantem, Ecce mearum (inquit) orationum & malleum, & mucro Demosthenes nem acerrimum . Adeo non tanti ponderis vel auctoritatis eloquentia est, Phocio. quanti morum, ac dicentis integritas.

Scipio Polybij secutus institutum, omni ope, ac studio enirebatur, foro non exire, q̃ sibi cuiuspiam amicitiam conciliauisset.

Scipio semper

Biantis Præclara illa sententia est, Imposturas facile bonis fieri. ad conciliādos
Alexander cum Phocioni dono misisset centum talenta, rogauit ille, Cur amicos.

miki (inquit) soli ex tanto numero virorum Atheniensium mittatur? quoniam te vnum (aiunt) bonum, & honestum putat. Cur igitur (inquit) talem & videri, & esse non sinat?

DE REPUBLICA. Perinde tutum est sceptrum improbo committere, atque ens in manu furentis ponere.

Vita constat bene humanam continere. Theophrastus cum nescio quis percontaretur, quæ res potissimum vitæ beneficia, bonorum, honorum, suppliciorum, Rex Charillus, fiscitanti cuidam, cur pauca admodum legum capita Lycurgus posuisset, Respondit, Quoniam paucis viuentes legibus, non indigent legibus.

Rex, lex. Verbum illud probatissimum existit, ita nempe. Rex omnium, lex diffinitur. Vterque enim eodem spectat. Vterque imperat honesta, prohibet contraria.

Iustitia vti sol Cui itaque rerum, legum, optimum institutum æquari liceat, aut quid cum illo conferremus? adeo incredibili, & penè diuina tum magnitudine, tum elegantia præstat. Et quemadmodum sol omnium siderum claritatem eximio suo obscurat splendore, ita omnibus virtutibus iustitiæ supereminet iubar.

Lex. Nam omnis virtutum chorus, & generatim & sigillatim, legum percurrit sanctiones. Inde urbium, ac Rerum publicarum optima administratio. Inde in vniuersum humanum genus utilitas longe lateque propagatur. Lex igitur, bonum vniuersitatis commodum, & salus Rempublicarum est, latissime, & fusissime patens. Sine quo, quod genus vniuersum, aut vlla boni species stare potest? quisquis verò præest ipsis legibus, princeps purgatissimus esto, ac sincerissimus, rectam æquitatis, & incorruptam trutinam manibus perpetuo tenens, quem nullæ vel munerum, vel vasamentorum imposturæ, nulla prorsus res à recto queat deflectere, nec precario, nec vi, neque pretio corrumpendus. Seruatorem nempe legum, & custodem integerrimum, & nullo modo violari oportet, quantum humana in potestate est.

De Principatu & Principis. quemadmodum arborem infructuosam satius exuri est, quam permanere; ita homini neque mors utilior, quam vita. Peruersum iudicium, malorum omnium radix. Caput administrandi legitime, imperij, & dominandi in alia, sibi ipse est imperare, sibi ipsi leges præscribere, sibi instituta dictare bene, beatèque viuendi: quo nihil videtur maius, aut melius. Hæc ratio, is modus suppetat eximiam, præclaram, ac magnificam omnium bonorum vbertatem,

Scopus boni principis, bene re Remp. ac vitæ munus inextplebile. Salutem quoque affert plurimam. Tum etiam incredibilem animo pacem, & tranquillitatem. Quin potius in illud signum, ac scopum spectare debet tam consilia, quam actiones omnes boni Principis, id

agere, idq; moliri, ut subiectos reddat sua opera perbeatos. Quod cum præstat, tum præest subiectis maxime, tum maxime potest autoritate, quando exëplo principis & beneficio agunt vitam respUBLICÆ feliciter. Salus quippe Ciuitatū & vniuersitatis cū salute priuatorū cōmūctissima est. Pendet enim ex toto ipso, partium singularum, membrorumq; & bonū, & perfectio, & salus deniq; ipsa, non solum in animantibus & vrbibus, verum etiam in cæteris vniuersis naturis.

Miror equidem & amplitudinem & maiestatem, cum in omnibus imperij muneribus & functionibus, tum præsertim in splendore liberalitatis;

Liberalitas.

qua fit, ut nulli rerum parcat ad beneficentiam propagandam. Nec vero ita res ad trutinam referenda est, ut par pari duntaxat repēdatur, æqua æquis, quasi ad pondus & lancem quærant metiri beneficia. Sed ingenuæ, & liberaliter, & splendide, ac magnifice gratias iucundissimas elargiri

Gratiæ.

oportet, & profundere non ex cado solum, ut Poetæ commentantur, aut alijs vasibus, quibus retineantur: quin ipsas nudas potius, & detestatas sine

Charites nua

vllis velamentis depromere debent, gratias (inquit) sese mutuò completentes vinculo Veneris optimo. Talia nempe grata, & suauia sunt; & profecto apud Imperium charites eo ornamento coronatæ plurimum decent.

de.

Omnis præclara virtus atq; eximia, plurimorum in se inuidiā concitat.

DE PRINCE

Quemadmodum enim lumen umbra semper solet cōseclari, & ubi lucis nihil est, umbra illic nulla fit: ita semper in sublimia, & luculenta serpit li-

CIPE.

uor: ita eximium omne, & magnificum, inuidiosum esse cōsuevit, & nisi

Liur in alta

temperetur, quasi odiosum. At si maiestas illa summa, ac auctoritas re-

serpit.

gnandi mansuetudinis, & humanitatis, quodam condimento deliniatur, Sal regni, le-

Sal regni, le-

feritur suauius, mitius, leuius potestas; alioquin dura. Imperadi hæc tutis-

nitas.

sima existit, et verissima, regnandi, & dominandi ratio, etiam ijs grata,

in quos exercetur.

De institutis.

quis nesciat imperium maribus & feminas esse, & hinc imperare, hinc

nuptialibus.

imperari: pace tamen, & concordia vtriusq;? quis verò modus, quæ ra-

tio, quodnam erit imperadi genus; nam berile, ut berus erga micipiū? ubi

inferius superioris rem curat. An ciuile, ut vtrinq; ex æquo curatur res?

De temperan

Communia præcepta iam dicta sunt, quibus igni, ferroq; recidenda quæ

tia,

præter mensuram. Est etiam eius generis animatum omnium abstinentia,

& ciborū lasciuientiarū, & opponi quidem in alimentis suauia, & dispens-

io magno parata cibaria; remitti verò ipsa seruis. Aurum nullam liberam

ferre, sed solas impudicas, & socias. Inter sitenium tunc continua, nec

vnq̃ respirans difficillimorū Theorematurū assumptio, & inquisitio. Propter hæc, vini cibi, somniq; summa parcitas. Ac nos gloria, & diuitijs inferiores non esse oportet. Pudor non fictus erga conuenientes seruandus: comitas sincera, & mansuetudo in cœtaneos: bortatio, & excitatio erga natu minores sine inuidia.

Dionysius.
Tymicha.

Quidam Pythagoreorum interire potius, q̃ conculcare fabas voluerunt. Cuius cum causam Dionysius Tyrannus percūctatoretur à Tymicha muliere Pythagoræa, nec minis eam, nec vllis potuit tentamentis adducere, vt id aperiret. At ipsa verita, ne cogeretur, linguam intra dentes præcidit. At tunc ad idem virtutis illud, quod à pellicum consuetudine Crotoniata, Pythagoræ auctoritate, sunt abducti. Musica etiam adolescens ab libidine in continentia versus. Ea tradebat Pythagoras, quæ ipse agebat. Eodem semper animo, vultuq; persistabant læto.

Eodẽ semper
aio & vultu.
Prouidẽda
oĩa.

Tenebantq; illud in primis institutum, vt nihil humanorū casu inopinatū, nihil inexpectatum foret apud sapientes. Sed prouidẽda omnia, & expectanda, & sustinenda, quorum domini ipsi non sumus. Quod si, forte in affectum inciderent, ei statim adhibendū remedium.

In seruum Pythagoreorum, nullus vnq̃ iratus animaduertit: sed prius mentis turbas statuabant. Archytas Tarentinus cum reperisset seruorū neq̃ gligentia agros ferẽ perijssẽ suos, Recte (inquit) vobiscum actum, & vobis indignatus, alioquin impune non abiret vestra hæc noxa. Idem tũdẽ Clitias nunq̃ ad castigationes descendit, nisi prius animum consuluisset. Deniq; vniuersi ita sese babebant inuicem Pythagorici, vti studiosissimus ad filios parens. Gloriam de inuentis propriam non captabant, nisi rarissime. Tere pauci etenim, quorū viserentur propria cõmentaria, mira certe custodiendis solertia, quando in tot annorum lapsibus, & sæculis, nullus quicq̃ ante Philolai tẽpora, excusit, nil edidit. Primus hic deprompsit libros illos vulgatos treis, quos Dion Syracusius minis centum cõparauit, Platone iubente. Atq; ille quidem pretio dedit, extrema compulsum inopia; homini tamen à Pythagoræis minime alieno. De gloria ita prædicabāt, esse dementiae, omnia gloria metiri: ea præsertim, quæ à multitudine circumfertur. Recte enim sentire, & arbitrari, sapientibus, et illis certe paucis, datur. Est quoq; amentis, & rudis, omnium opinionem aspernari. Oportet nescientem discere quæ per se consequi nequit, & hæere docentis arbitrari: & omnino iuuenibus conuenit, qui se saluos velint, iuniori maiorum, & seniorum optimorum consilij, & auctoritati. Tota vita hominū, & ætatis summa, in educa-

in educatione pueritiæ sita. Hac neglecta, perdita sit reliqua tota viuendi ratio. Si curetur, potest proficere iuuenta. Et ætas tenera non suo arbitrio, & libertati cõmittenda, sed assuescere oportet, & educari ad ordinem, & modum; quæ duo, honesta dicuntur. Contraria, turpia, vitiose ebrietas, & insatiabilitas. Statim initio vitæ, & catulos docet & pueros illa discere, & in eis consuescere, quæ meliores eos reddant. In primis tenoribus annis fugienda voluptas: est enim turpe, & noxium, epiphora seu lippitudo animæ. Vacuo corpore cibum appetere, & rursus impleto, vacuum secundâ naturam videtur. Cupere tamen plus satis id, vel delicias vestitiû, & strati, vel dispendijs grandibus extructas domos, superuacuum, & luxuriosum. Docendi igitur quæ nam appetere liceat, quæ etiam non conueniat. Vinû mediocriter haustum, alacriores homines facit: vltra verò fas, etiam in furorem, & insaniam rapit. Magna igitur sapientia opus est, vt planè sciat, quibus, & quantis rerum in alimento vtendum. Eiusmodi institutio Apollinis primum. Et Pæonis, posterius Esculapianorû. Quædam attinentium ad vitam humanam egent Opismathia, hoc est præceptione admodum fera, vt venerea.

Sanguine proprio abstinentum.

Obseruandus locus, non in sacris, nec in foro, naturæ lege salua, & modestiæ, & summa prouidentia ad ferendam sobolem accedendû, sobrio, non pleno stomacho: alioquin, venturam prolem sordidam. Postremo non ambiguum indignam sationem, & negligentem educationem liberorû, sordidissimam, & manifestissimam causam nequitæ complurum hominum.

Idem profecto circa vires animi loquor, quas oportet moderatione quadam inter se, & proportionem cõtinere cû ea animi parte, vbi impetus iræ, vbi etiam libido sæpe dominatur: tum eam quoque vbi ratio sedet, ita omnes componendæ, ac temperandæ quodam tenore, & ordine, vt superiori inferiora pareant, quemadmodum & res ipsæ exposcû, & tempora inde varia nata, temperantiæ virtus præclara.

Mira sanè vis continentæ ad constituendû animi habitum consentaneum, & constantem, tum societatis quandam coniunctionem conciliandâ. Hæc docet animi vti imperio rite, & corporis seruitio non indecore. Hinc morum nascuntur instituta optima, & moderatio voluptatum, ac cupiditatum fræna. Impotentem verò, & intemperantem in voluptate, ac dissolutum ex tota morum probitate, quis nesciat eijci oportere?

Emerat paulo plura solito obsonia Phocioni puer. At, flebis (inquit

Ordo, modus.

DE CONTINENTIA.

De pudore.

ille) si ad esum plura, q̃ edantur, comparaueris.

Quisquis vim habet pudoris, bonos mores optime seruat, atq; ab omni re turpi sibi temperat: tum ex animo delect omnem impudentiæ licentiam, qua plurimi à turpitudinibus capiuntur.

DE FORTITVDINE.

Prouidentia.

Huius virtutis sunt peregrinationes Pythagoræ, tot tyrannidum dissolutiones, & seruitutis regionum Italiæ. Tum lenissimū se præbebat iustis ducem. Agrestes verò ab humano, & ciuili conuentu explodebat, nec ius ijs dicendum censebat. Prouidentia cælitum, humanā spem omnem, & vin superat. Hac fretus Abaris, institutus per Pythagoram, morborum genera desperata cuabat. Econtra Phalaris, audito illo diuino viro, deterior, et tyrannidis appetentior factus, ac deorum contemptior. Sed nrat Pythagoras sese nō fatalem, Phalaridi; dixitq; ad Abarim, q̃ cælitus transiit in aëria, & terrestria ferri natus est. Deinde cæpit de consecutione in cælū omnium fari, de vi animæ, de cupiditate habendi, & imperandi, de optimo vitæ genere. Præ cæteris illud aperuit omnium pulcherrimū, q̃ in deo rationes malorum non sunt. Multa deinde sapienter de Dæmonibus, de immortalitate animi differuit, de moribus, de fato. Soluit Siciliam atrocissima Phalaridis tyrannide, secundum oraculum è tripode habitum. Magnum constantiæ argumentum, q̃ Pythagoras ipse, & sui, nulla perturbatione, nullo metu, nulla voluptate, nullo periculo, nulla morte poscerant ab instituto suo diuelli. Erantq; apud eos nonnulla rhythmorum, & carminum genera ad ponēdos, citandosq; affectus. Nil precario, aut assentatorie agendum; ne fœminas, & illiberales sequerentur.

In Deo malorum, ideæ non sunt.

Ideæ.

Arcana.

Ad eandem morū ideam pertine etiam, q̃ maxime propria & sapientiæ plena dogmata arcana apud se conseruabant omnes, semper cum diligentissimo silentio, ad exteros nunq̃ edenda: custodiētes sine scriptis in memoria successorum: mysteria Deorum intra parietes tantum tradebantur. In externis vero, & prophanis, si contigisset aliquādo verba fieri, per symbola inter se viri innuebant. Quorū vestigium sunt illa vulgo usurpata, vt ignem ferro ne cædito, & huiusmodi symbola: quæ tenui quidem phrasi, anilibus per similia fabellis, videntur. Si vero penetrarentur, admirabilem quandam, & diuinum vsum præbent participantibus.

Mens videt, audit.

Maximum institutorum ad fortitudinem, liberare ab incunabulis animi tantis vinculis, & mētem, sine qua sanum nil quisq̃ discet, nil verū. Neq̃ id enim aliquo sensuum cernere poterit. Mens quippe (vt eorum sententia est) omnia videt, & omnia audit. Reliqua surda, & cæca. Secūdu, mul-

to studio curare, ut purgato iam animo per mathematica sacra, aliquid diuinorum inferatur, ne oculi aueriantur à fulgore limpidissimo rerum, corpore carentium

Amicitiam in primis attulit omnium in omnes Pythagoras, Deorū ad De amicitia.
homines per religionem, & cultum; dogmatum inuicem, & in vniuersum animæ ad corpus, rationabilis ad rationis experts per speculationem et philosophiam, hominum inter se; ciuium quidem per legum salutem, alienorum per Physiologiam; viri verò in mulierem, aut filios, aut fratres, & domesticos per communicationem nō peruersam: & collectim omnium ad omnes, etiam vsq; ad brutorum, quædam per iustitiam, ut naturæ vinculū, ac coniunctionem corporis ad vires sibi contrarias per sanitatem, & modestiam, secundum imitationem ordinis elementorum mundi vno, eodemq; amicitia nomine omnia hæc vincienda. Eius nominis repertor Pythagoras.

De vera amicitia tollendum certamen prorsus, & contentio maxime quidam ex omni, si fieri possit: sin minus, ex paterna, eaq; quæ in maiores natu & superiores habetur, ac in beneficos. Contendere nempe aduersus bos quauis de causa, veræ amicitia non salutare. Et si forte iræ incendant, & in amicis vlcera, est iuniorum maioribus cedere. Ac illorum hortamēta & correptiones, quas appellare Pythagoras pædartaſes consueuerat, id est, puerorum compositiones recipere. Ex amicitia nunq̃ tollēda fides, vel serio agatur, vel ioco. In aduersa fortuna, amicitia non destituendæ. Malorum tantum odia, & inimitia suscipiendæ, malorum (inq̃) quorum nulla resipiscentiæ spes est.

Admirabilia sunt determinata à Pythagoræis, de communione diuinorum bonorum, de consensu mentis, de diuina anima. Et frequenter profitebantur inuicem, non dilaniare in se ipsis deum. Igitur in dei continentiam Vnitas cum
quandam, & ad Deū vnitatem, & mentis communionem, & diuinæ animæ spectabat eorum tota amicitia ratio, & studium dicto, & facto. Deo.
certo nil melius reperiri potest in omni genere sermonum, & institutionū. Puto enim q̃ in eo cōtineantur vniuersa amicitia bona. Vnde & nos tanq̃ in capite hoc, & summa omnia circumscribētēs priuilegia, quiescimus, ne plura de eo dicamus.

Dicitur quatenus lingua vti patria cuiq; afferebant, quotquot Græcorū accedebant ad communionem hanc. Accedebant verò hospites ad Pythagoræ sectam, & Messanenſes, & Leucanorum, & Peucetenſes, & Romani Metrodorus ait Pythagoram optimā sumpsisse linguam Doricam, quemq;

admodum & musices harmoniam. Dorice diffionis. vetustatem fabula Nereï astipulari licet. Nereū enim in vxorē duxisse Dorida Oceani. Huic genitas quinquaginta filias, ex quibus & Achillis mater. Dicere vero quosdam, inquit, Deucalionis, Promethei, & Pyrrhæ, Epimethei genitū Dorum, cuius filius Hellen, vnde Æolus. In Babiloniorum verò audire templis, Hellenem ab Loue, vnde Dorus, & Xutus, et Æolus. Quas narrationes sequitur & ille Herodotus. quomodo vero sese de prisca res habeāt, nō facile iunioribus exactū capere, & exploratum. Est tamen per vtrasq; confessum historias, linguarum antiquissimam & vetustissimam Doricam. Post hanc Æolicam ab Æolo. Tertiam Ionicam ab Ione, Xuti filio. quartam Atticam, à Creus, à filia Erechthei. Hac etiā vsus Orpheus Thrac, poetarum vetustissimus.

Orpheus.

Reprobabat disciplinarum cauponas, & animas, vt diuersorij cuiuspiā valuas patefacientes hominum cuius accedenti. Debentur Præceptoribus, & Philosophis plura, q̃ Parentibus. A parentibus enim sumus quidē, sed à præceptoribus optimæ vitæ modum capimus.

Pluris præceptorēs q̃ patrēs.

Reuelantes arcana ita oderat Pythagoras, vt nō modò dignus exterminio à societate, & vita communi; sed etiā sepulchro censebat, tanq̃ eiectos à viuientium consortio. quidam dæmonum, etiā eosdem propalatores perse- qui funtur. Vnde propalatores sphaeræ duodecim pentagonorum ad mare mortuū, inquit, & interemptum. Propterea Pythagoras omnia symbolis, ænigmatibus, inuolucris præcepta, & doctrinarum instituta velabat, sicut oracula tripodis. Pleriq; fuerunt, qui prælium Pythagoræis viris intalere. Ex quibus, absente Pythagora, insidiæ factæ, omnes confitentur.

Reuelantes arcana sepelienti.

Pherecydes syrus.

Differunt verò de peregrinatione, ij quidē ad Pherecydem Syrum, alij vero in Metapontum esse, dicentes, profectum peregre.

Cæe insidiarū. Chilon enim Crotoniata perdiues, vir alioqui pollutus moribus, & tyrannicus, omni studio cōtendit apud Pythagorā iā senem, vt in societate reciperetur. Sed reprobatus ē ob eas causas iam expositas. Vnde collecta manu amicorum, bellū Pythagoræis excitauit. Idcirco Pythagoras recedit in Metapontum: neq; ea seditio destitit, donec Crotonæ in domo Milonis Pythagoræos collectos in consilium de bello, domum & viros combussere omnes, præter duos, Archippum, & Lysida. Nullū deinceps verbum factum de tanto scelere ob vrbium negligentiam. Archippus verò Tarentum petijt. Lysis etiā indignatus negligentiam, venit in Græciā, & versatus ē in Peloponneso. Deinde Thebis, eius auditor fit Epas-

mitondas, & patrem Eysidem appellauit. Reliqui Pythagoræorum excus-
tis ducibus excessere Italia, præter Archytam Tarentinum. Congregati
in Rhegium, illic versantur. Et progrediēte tempore, & rebus publicis can-
dentibus in deterius, fuerunt studiosissimi Phaton, Echecrates, Polymeſtus
atq; Diocles. Philasij seruabant initio cæptas doctrinas, & mores. Hæc
Aristoxenus.

Nicomachus vero alia quidem confutetur citra peregrinationem Py-
thagoræ. Inquit, attas insidias has, post triste excidium i solitudinibus vi-
tam agunt, doctrinam & secreta celantes, cauētesq; ne prorsus periret
Philosophiæ nomen. Et Dijs ipsi odio ob id erant, perdentes funditus tantū
ipsorum nomen. Commentaria quædam capitalia, & symbola componen-
tes. Et quæ erant seniorum scripta, & quæ meminerant colligentes relin-
quebant liberis, vel vxoribus committentes, ne cui darent extra domū. Hoc
mandatum diu seruauerunt, iure quasi hæreditario, apud postea ex ipsis or-
tōs. Hæc Nicomachus.

Symbola.

Quoniam verò Apollonius de eisdem dissonat, multa vero p'ura bis ad-
dit. Agē it' suis etiam addamus narrationem de huiusmodi insidijs. Ait igi-
tur quemadmodum irrepsit illis statim ex filijs inuidia ab alijs. Homines
enim, q̄diu differuit venientibus Pythagoras, suauiter sese habebāt. Vt ve-
ro solis cœpit discipulis differere, minuebatur: concedebant vinci, veniēte
extra quopiam. Indigenis vero videbantur nil tribuere. Tum surrexit in-
gens manus iuuenum plus q̄ trium millium, suis non cōmunibus legibus vi-
uentium. Quod cum videret Pythagoras, abcessit. Nam erat magna orta
simultas, & distabat animis multitudo: duces erāt etiam diuisiōis, Py-
thagoram tamen semper venerantes viuum, quum vellent significare, diuis-
num appellabam. At vbi obiit, virum illum, sicut Homerus ostendit, seruū
de Vlyſſe memorantem, Hunc equidem hospes & absentem nominare ve-
reor: me namq; & amabat vehementer, & curabat. Nec ex stratis surge-
bant posterius, q̄ sol oriretur. Neq; annulum habentem Dei signum gesta-
bant. Sed solem obseruabant, vt ascendentem orarent. Annulum vero ne
proferrent Dei signum in aliquem locum non mundum, nil temere, nil in-
consulto gerebant.

Quidam hostis Pythagoræorum simulans velle se in concione omnium
edere Pythagoræorū secreta, cū scripsisset ea vnde maxime notari possent,
dans scribæ librum, iussit legere. Inscriptio, sermo sacer. Typus erat is,
Amicos vti deos venerari, alios vti feras mancipare, & in seruos habere.

Eandem hanc sententiam de Pythagora meminere in metro discipuli. Socios, ut Diis immortalibus, pares colere: alios nec in ratione, neque in numero esse censendos, teste Homero appellante Regem, Pastorem populorum. ac si populi Belluæ, & Bruta essent. Dicere quippe solebat, melius esse una die Taurum, quam toto tempore Bouem, oligarchiam intelligens, & prouidentiam. Seditio ingens fuit, impetusque ab hostibus Pythagoræ. Fugitur. Omnia turbantur.

Successor Pythagoræ in disciplinis fuit Aristæus Demophontis Crotoniata. Is ætate Pythagoræ vixit septem generationibus, proximus Platonem. Et non solum scholam, verum & puerorum tenebat educationes. Post hunc Mnemarchus, Pythagoræ discipulus. Successu huic Bulagoras. Deinde Gargydas. Mos Pythagoræis, ut senio multo a vinculis corporis liberarentur. Post Arefas ex Leucanis scholam aperuit. Tum Diodorus Asponctinus circa Heracleam, Clinias, & Philolaus. Metaponti, Theorides Eurymus. Tarenti, Archytas. Ex his vero, qui extra auditores Pythagoræ fuerunt, extitit Epicarmus.

CATALOGVS PITHAGORÆORVM.

Crotoniatæ, Timeus, Cleophon, Menon. Metapontini, Agesidamus, Aristomenes, Leon, Æneas, Pyrrhon, Thrasimedes, Agrigentinus, Empedocles. Eleata, Parmenides. Tarentini, Philolaus, Eurymus, Archytas, Cleon, Philonida, Lysis. Sybaritæ, Metopus, Diocles, Tyrrhenus. Calcedoniæ, Miltiades, Aribenodius. Parij, Alcimachus, Timeus. Locrenses, Gypsius, Zalcucus, Timares. Possidoniæ, Simus, Phædon, Hippomedon, Crito Egæi. Leucani, Ocelus, & Oncilus. Dardanus, Mallion. Lacones, Eurycratus, Cleanor. Hyperboreus, Abaris. Rhegienses, Aristides, Demophilus, Aristocrates. Syracusij, Leptynas, Phytias, Damon. Samij, Melissus, Lacon, Archippus. Cauloniæ, Callibrotus, Dicon, Drymon. Philasij, Eochrates, Diocles, Phanton. Sicyonij, Demo, Sophobenes. Cirezæi, Prorus, Menalippus, Theodorus. Miziceni, Pythodorus, Hippobenes. Cataneæ, Charondas, Lysidas. Corinthij, Ceryxippus, Tyrrhenus, Nausibæus. Atheniensis, Neocritus. Ponticus, Lyranus. Omnes Pythagoræi, ducenti, & decem, & septem. Mulieres etiam Pythagoræe sexdecim.

LIBER SECVNDVS.

DE SECTA.

ORdiendum à preparatione communi ad omnem doctrinā, & virtutem: quæ quidem non secundum partem ad vnum aliquid omnium hominē parat idoneum. At simpliciter in omnes disciplinas, scientias, bonestas actiones, & ut ita eloqui liceat, ad cūcta, quæ honesti quicquid participant. Neque enim absque monitis excitari est ad virtutem, & recta instituta: nec statim ad summum iter bonum, Antequam pareretur monitis animus. Sed quemadmodum mens paulatim progreditur ad maiora ob inferioribus, & per omnia currens bona, atque in fine bona summa reperit; ita & bonatamenta decet via quadam pergere à communibus incipientia.

Initia, à primis, & notis, & quæ videntur omnibus, capienda. Demum arcana Pythagoræ aperiantur. Viuentes animo, etiam virtute animi bene viuere dicuntur: sicuti oculis cernentes, horum virtute recte dicendi sunt cernere. Committendum non est, vel aurum rubigine, vel vitio virtutem confici. Virtuti fidendum, ut pudicæ & sobriæ vxori. Fortunæ, uti instas. Virtuti fidei bili credendum, ut meretriculæ. Virtus cum paupertate potior, quam mixta dum. vitij diuitiæ. Et melior putanda sana sobrietas, quam edacitas morbida. Perniciosa plurimum, cibi quidem, non inuidencia ei, qui male affectus est corpore. Possessionum vero, illi qui anima male affectus. Periculosum, & simile furioso, enses, & malis, hominibus dare vim. Sicuti putrido melius vri, quam manere: ita etiam viro nequam perire, quam viuere.

Sapientiæ theorematibus fruendum, quo ad fieri potest, uti ambrosia et Sapiencia, nec neſtare. Nunquam enim consenscit fructus, voluptasque inde percepta. Et diuinarum quiddam est. Rex hæc sapimus, & sentimus recte, ad Deum rite conlimus, si animum purgatum omni vitio tanquam macula parauerimus. Ornandum donarij templum: Mens verò disciplinis. Vti ante magna mysteria, parua statuenda, & ante Philosophiam purgatio disciplinarum. Fructus terræ per annum redditur, Philosophiæ vero qualibet bonæ particula.

Est & typus docendi, & monendi alius sententiaris, Pythagoræorum proprius, & in versibus aureis. Hæc elabora, hæc meditare, quæ amare te conueniunt. Hæc te diuinæ virtutis in vestigia ponent. Per hæc enim ad omnia optima instituta, & præcepta cohortatur. Neque parcere oportere laboribus putans, nec ullam prætermittere curam ad amorem, & promptam

tudinem virtutum incitans, & cuncta ad optimas institutiones dirigens, nō
 quaslibet, sed ad eam virtutem, quæ nos quidem ab humana reuocat natu-
 ra: sed ad diuinam essentiā, & cognitionem diuinæ virtutis, & possessio-
 nem ipsius adducit. Atqui in spectatricem sophiam p̄ ea vocat. Hæc tenēs
 noris immortalium Deorum, mortaliumq; hominum concordiam. His non
 sunt mirabilia alia bene natis, ad excitandum ad spectatricem Philoso-
 phiam. Deorum enim cognitio; virtus, & sapientia est, & felicitas ab-
 soluta, nosq; Dijs similes efficit. Humanorum vero scientia, virtutes huma-
 nas dat, & rerum nostrarum peritos nos reddit; qua etiam vtilia, & cō-
 traria diiudicat. Et hæc quidem seruat, illa vero defendit. Et omnino cō-
 stitutionem, quæ est humanæ vitæ, sermone & re perdiscit. Illud etiā mi-
 rum docet, secundum quid insolubile, & sine impedimento transit. Singu-
 la enim in nobis, quotquot sunt melioris sortis, & secundum quid vincitur,
 & impeditur, vt nequeat facile exire anima, vinculisq; absolui. Altera post
 hanc sententia in Philosophiam facit hortationem, & omnem circa cælū
 speculationem. Huius nempe natura semper est similis secundum eandem
 circulationem similiter circuens. Quam si quis ediscat, non inopinata vnq̃
 expectaret, neq; ignoraret quippiam eorum, quæ necessario ei essent euen-
 tura. Aliæ verò ad hæc sententiæ, à voluntaria in nobis vita faciunt inci-
 tamentum, vt noris homines spontanea infortunia habentes miseros. Siqui-
 dem enim principia afflictionum sunt homines, & vim habent ex eis propria
 in delectum bonorum, & malorum fugam, non vtens huiusmodi vi, datis
 à natura sibi muneribus dignus non est. Dæmon & fortuna, homini bo-
 mo. Vera bona nec cernere est, nec audire. Mens sola videt, auditq; omnia.
 Malorum solutio, quam perpauca spectant, vrget in dissolutionem à corpo-
 re, & vitam animæ propria; quam mortis studiū appellamus. Alius etiam
 monēdi typus a calumnia malorum. Non enim tolerabile est, Cylandris si-
 miles ex alio in alia ferri, infortunia habentes. Violentum enim, & irra-
 tionabile, & temere latum, & alio tempore alterum, & maxime infinitū
 malitia præstat, quæ fugere in primis oportet. Altera sententia huiusmodi
 est, Iræ nempe comes contentio, nocens latuit innata, quam nō oportet præ-
 cedere, sed fugere cedentem. Hic duplex vis humanæ naturæ ostendit. Et
 iunctum nobis à generatione alienum animal, quod nonnulli quidem multo-
 rū capitum feram, alij vero mortalem quandam vitæ speciem, alij verò na-
 turam generationis effectricem esse vocant. Hic autem litem innatam co-
 gnominarunt, non vti æqualem ordinem habentem nostri ad maxime pros-
 priam

Philosophia,
 mortis studiū.

priam vitam, sed uti comitem sequentem venustiore vitam. Hanc igitur monet fugiendam, & pro hac permutare actionem intellectualem, contrarietatis expertem. quæ vita non perniciofa, sed bona est. Non inclinat ad malum, & calamitatem, sed salvis præbet initiū. Et eā quidem aduentitiam, & secundum cōsequentem hypostasim, tanq̃ alienam extra dimittit. Hanc vero primariam, & à se ipsa, & in se ipsa omnia tenentem, confusatissimam assumpsit vitam p̃ cuncta hæc. Illam quidem uti brevissimam corripere dignum: hanc verò præcedere ut plurimum. Itaq; in vitam intellectualem huiusmodi hortamenta potissima, & ad diuinam perfectionem, & cum Dijs consequentem optimā constitutionem, statum, & ordinem tales sententiæ vocant, O Iupiter q̃ multis malis omnes eripueris, si omnibus monstraris, quo demone vtantur. Sed confide tu, quia diuinū genus mortalibus est. In his vna quidē optima aduocatio in diuinā beatitudinem, iuxta precibus, & inuocationibus decorum, & maxime regis eorum Iouis. Secunda aduocatio, est dati, & sorte accepti, nobis à Dijs, Genij demonstratio clara. Et per ipsum rursus Genium ad deos reductio. Non enim aliter poterit quisq̃ ad diuinissimum ipsum & opportunissimum essentie recurrere, nisi huiusmodi Genio vtatur duce. Quem quidem Genium oportet, omnem amatorem decorum, rite purgare: à quo etiam prima malorum quies panditur, malorum (inq̃) nobis ab ortu, genituraq; inferiorum. Deinde erit cognitio nobis vera felicitis, & genialis vitæ, quanta sit, & qualis, qua cū ascendentes princeps diuinum genus hominū spectabimus: et in ipsum eleuati finem habebimus propositæ à Dijs hominibus beatissimæ vitæ. In fine igitur ad translationem animæ exeuat, & ad vitam ipsius, quæ per se ipsam est, secundum quam absoluitur corpore, & corpori connexus naturis. Itaq; inquit, aurigam rationem statue supernæ optimæ. Nam cū, relicto corpore, liberum in ætherea veneris, eris immortalis & incorruptus, nunq̃ interiturus. In supremo igitur ordine optimam mentem præscribere, ducem animæ, puram similitudinem præseruat ad deos. Relinquere vero corpus, & transferri in æthera, mutare naturā humanam in decorum sinceritatem, & pro mortali vita immortalem eligere vitam; in eandemq; essentiam restitui præstat, & cū Dijs periodū, quam habebamus, & prius q̃ introiretur in humanam speciem.

Rō, auriga.

At si deinceps oporteat & i interiores, & scitas cohortationes inflammarī; primas illas aggrediamur, quæ & substantias docent primas, maximeq; proprias: simul & incitant ad theologicam, & intellectualem ip̃

Archytæ lib.
de sapientia.

Sapientia, sol.

Sapientia.

Sapientia oculi.
lux.

sarum excogitationem, & doctrinam: atq; demum ad antiquissimam sapientiam inuitant. Archytas igitur in eo, quem inscripsit de sapientia libro, ita statim exordiens monet. Omnibus in rebus humanis tantum sapientia præstat, quantum reliquis sensibus visus, mens animæ, sideribus sol. Nam oculi vis longissime patet, potestq; præter cætera sentiendi organa: et suprema mens est, ratione & intelligentia, quid expediat, proficiens, & visio, & potestas nobilissimorum existens. Sol equidem oculus sunt, & anima naturam habentium. Eo enim videntur, fiunt, sciuntur omnia. Condita quoq; & genera aluntur, ac augentur, & fouentur. Præclara hæc, & plena sapientie vox, qua naturam diuinæ lucis, actionemq; planè perspicimus. Primum omnium hortatur ad mentem, idq; à notissimis. Quis enim nesciat visum omnibus excellentiorem sensus, solem astris, mentem anima? Hinc docet. Archytas eminentissimam sapientie arcem ad cunctas humanas res, ut veritas disci facile queat, & capi audientibus, quod absconditur in obscuro. Tum & à prærogatiuis vniuscuiusq; cognitio sapientie, atq; excitatio ad eam docetur. Vt enim est visus longissimus, & acutissimus; et est sapientia secundum eadem, remotissima, & præsentia cernit, & omnium, quæ sunt, species comprehendit in semetipsa. Hac sit mens suprema ratione, & intelligendo, quid expediat perficiens, & visus, & vis nobilissimorum existens. Atqui prorsus excedit rationem & intellectum sapientia ipsa, & simplicioribus, quam huiusmodi ratio & intellectus faciant, notionibus. quæ sunt, spectat, ac à se ipsa discernit bona, & perficit in se ipsa, intellectualemq; visus est, & vis diuinissimarum & perfectissimarum actionum existens. Hoc est sol, oculus sunt & anima naturam habentium. Constat ex his, quem admodum oculus; vidq; existit rerum intellectualium sapientia; facitq; ut videantur omnia, quæ noscuntur, & ut sit omnia quæ sunt. Totius etiam opificij princeps in mundo sit & generationis primæ, & ordinis et in nobis.

Alteri adhortatio ad sapientiam ab homine capitur. Homo (inquit Archytas) omnium animantium sapientissimus factus est; utpote qui speculari entia possit. Et prudentiam ac scientiam accepit à cunctis, quo & designauit atq; notauit diuinam ipsius constitutionem, vniuersi sermone, in quo & species omnes entis insertæ sunt, & significationes nominum, & verborum. Sonus enim ad voces locus determinatus est, Guttur, Os, Nares. Sic ut vero sonorum, per quos nomina ac verba expressa enunciantur, Homo factus est organum; ita & conceptionum in entibus cõtemplandis sapientie opus, organa nactus est homo huiusmodi, & vires diuinitus. Unde con-

stat, si (Archyta teste) homo sapientissimus factus est ; oportere ipsum quærere omnes philosophiæ partes, tam spectatricis, q̃ actuosæ, & theosæ, & logicæ. Item circa omne ens. quia ens, spectatricem appetere sapientiam debet, et principia, & iudicium omnis cognitionis perdiscere prudenter, circa omnia genera entium, & mathematicas.

Tertia adhortatio ab utroq; Naturæ enim priuatæ cōmunē cōmiscuit. Viuendum secundum diuinā rationem. Non enim aliter viuemus secundum naturam (quod omnes in primis appetimus) nisi secundum rationem viuamus diuinam, & humanam. Sapientia non circa quoddam diffinitum est Sapientia circa entium, sed simpliciter circa omnia entia. Et oportet non modo sapientiam ca omnia. primam ipsam, principia ipsa inuenire, sed communia entiu principia. Sic enim se habet sapientia circa omnia entia, sicuti visus circa oia visibilia.

In fine hortatio ad ipsum summum, reducit sic. quisquis igitur resolueret, potest omnia genera sub vnum, idemq; principium, & rursum componere, & connumerare; is videtur mihi & sapientissimus esse, & omnino verus, etiam pulchram speculam inuenisse, a qua poterit Deum intueri, & omnia comparatione illius. Et hanc viam pergens anima, recte currit principia finibus iungens; & noscens, q̃ deus principium, & finis, & medium est omnium, quæ iure & recte fiunt. Non ergo standum in pluribus prius eripis, & omnibus entis generibus; sed resolucendum quicquid est sub vno idemq; principium; quoniam maxime unitatem & sapientiam cupimus: hortans ad huiusmodi scientiam, & vnus Entis contemplationem, quod Vnum ens. quidem finis est omnis speculationis. Si omnis veritatis, & felicitatis, & essentiae, & causæ, & principiorum, Deus dux existit, in hunc omnia sunt studia conferenda. quærendaq; in primis illa scientia, per quam venitur in purum, & per quam latitudo reperitur accessus ad ipsum, & per quæreda scia, quam finis principijs connectantur. Perfectissima enim huiusmodi vita, et qua itur ad felicitas nō diuisim amplius, vltima à primis secernens; sed in vno utraq; purum. hæc complectens, principia scilicet, & finem, & medium simul continēs. Huiusmodi enim ē diuina causa, quam eos oportet suscipere, qui futuri sēs. lices sunt.

Omnes homines bene agere volumus. Bene autē agimus, si nobis ad sint. Demōstratio multa bona animi, corporis, externa. quorum bonorum possessio hominem nec certissime sola non beat, sed vsus, & quidem rectus. Sed hæc bona proprie & perhortatorie ad se, nec bona nec mala sunt, nisi per vsum. Sola itaq; sapientia, bonum. Inp. Philosophiā. docilitas, vero malum. Philosophia, studium & possessio scientiæ est. Quæ

non solum bona, quæ videntur, possidet, facilius; sed etiam ijs vitur, quæ facti. Siquidem igitur aliæ quidem scientiæ omnes venatoriæ, & paratrices bonorum. Sola vero perfecta iustitia, & prudentia efficiunt usum cum dignitate, & referunt prudentia & iustitia usum ad ducem mentem.

Altera methodus per diuisionem, est anima in nobis, est et corpus. Hæc imperat, illud seruit. Hæc vitur, illud quod subest vsui. Hæc diuinum, & proprium nobis bonum: corpus vero alienum aduenit, conglutinatum ministerij cuiusdam gratia, ad communis vitæ usum. Oportet igitur maiorem multo habere principantis rationem, utpote diuinioris, & magis proprii nobis.

Oia pp aiam. Omnia nostra tripartita, anima, corpus, & quæ corporis. Horum prima, secunda, tertia. Agenda omnia propter animam. Et enim corpus curare oportet, referentes ipsius curam in animæ ministerium. Et tenere fortassis decet gratia corporis. Cuncta gratia animæ instituenda, & gerenda, & viriam animæ imperatium. Recte vitendi omnibus principium, iustitia, prudentiaque existit.

Virtus, quæ reddit meliorē Ex Alcibiade diuisio. Rerum quædam ipsi sumus, ut anima, quædam nostra, ut corpus, & quæ corporis. Sic scientiæ tres, quæ corpus, & corporalia curant, & cognoscunt, se non cognoscunt, cuius generis medici, coloni, & omnes artes mechanicæ. Sola temperantia est cognitio animæ. Et verè nostra virtus illa sola, quæ animam reddit meliorem. Hæc igitur maxime seruare oportet, volentes secundum consentaneam suæ essentia rationem ornare etiam vitam.

Alia partitio ex quinto Legum. Nostrarum passionum post deos, anima diuinissima, & maxime propria est. Nostra genana, meliora & imperantia, inferiora & seruientia. Anima omnibus alijs post deos anteponenda. Anteponeit vero, qui ipsam non deteriore ex meliore reddit, nec malis implet; nec labores honestos fugiens, & metus, & dolores, & maiores; vilem enim eam talis facit. Neque fugiens mortem. Is enim solutionem animæ à corpore, & vitam quæ per se est, odit. Vnicus ergo bonor animæ habendus: hoc est, vita secundum rationem rectam, & secundum mentem perfectio animæ, & æmulari similitudine, quæ sunt optima exemplaria, & quæ deteriora ad exempla meliorum sese instituunt, & componunt, quotquot reddi meliora queunt; & fugere quidem malum, vestigare vero & eligere omnium optimum; & cum elegerit, rursus in communi cobabitare reliquum vitæ. Hoc autem nihil est aliud, quam philosophari. Igitur omnibus modis philosophandum volentibus beari.

Triplex in nobis anima sita est. qua sapimus, qua irascimur, qua cuspimus. Et suis cuiq; motus. Quod in ocio degit & suorum motuum agit silentium, infirmisimum fieri oportet. quod vero exercetur, robustissimum. Vnde summa ope nitendum, ut motus inuicem habeant temperatos. Et praesertim primaria animae species, quam Genium deus cuiq; dedit; & quæ à terris nos tollit in caelestem naturam, cum planta non terrena, sed caelestis sit. Exercenda ergo hæc anima, & imbuenda rerum diuinarum & immortaliū disciplinis, quo ad eius fieri potest. Beatus is, qui & diuinū semper curat, & habet contubernalem suum Genium recte cultum, & institutum. Hinc δὲ ἀμυνία dicitur. Cura erit suas cuiq; reddere emendationes, & motus diuino illi, quod ē in nobis. Cognati & proximi motus existunt vniuersi cognitiones & circulationes. Has vnūquenq; imitantem oportet periodos à nobis circa generationem in capite corruptas corrigere, discedendo vniuersi harmonias, & circulationes. Rei verò intellectæ iam animo sese assimilare, secundum priorem vitam, finemq; tenere propostæ hominibus à Dijs optimæ vitæ, ad presentia, & futura tempora. Non enim expedit omnisferiam belluam sicuti cupidinem coniugis confirmare. Neq; leonem, ut iram, & quæ circa leonem alere, dignū, & confortare in nobis. Fame vero necare, & infirmare quæ hominis propria sunt, vituperationem; & trahi quidem quoquo vis leonis, & sensuum impetus belluinus impellit, & nihil alterum alteri facere intellectum, neq; amicum. At multo magis diuinum in nobis hominem, q̃ multorum capitum feram roborare decet, ut nostras quidem cupiditatum species mansuefaciat, agrestia coercens, sociam addens naturam affectus, & communiter omnia curans, & amica inter se hæc concilians, & sibi ipsi per omnia optimus erit; qui contra, nihil planè habebit sani: bonestumq; in ea re admodum nitet. Subijcienda quippe ē proculdubio diuina imperio natura belluæ. Sin minus, maxima turpitudine. Solum beati futuri sumus, si diuinum & sapientem ducem sequamur. Ita enim in robur omnes similes erimus & amici, si ab eodem directi fuerimus. Ita lex vult. Mentis igitur particeps, omnia sua ordinās in hoc, viuet. Primum doctrinas colet. Alia spernet. Deinde habitudinem corporis, & educationem non ad ferinam conuertet, & irrationalem voluptatem. Semper harmoniam gratia symphonice, in anima concordans videtur. Si velit vere musicus esse, omnia pro vno commutanda. Hoc ē possidere prudentiam, & cuncta gerere, seruando rationi, & mentis imperio; id est nihil aliud, q̃ philosophari. Omnis natura cognoscens, nil operatur

Genius cuiq;
à Deo.

Bonus genius
beat.

Bellua multos
rū capitū cus
piditas.

- temere. Immo curat natura finem, explēdes temeritatem, & artes; quādoquidem naturæ sunt imagines. Cum ergo homo per naturam ex animo constet, & corpore; melioris vero gratia deterius, & corpus animæ gratia: animæ vero, aliud quidem habet rationem, aliud non habet; ideo & deterius: Itaq; rationis expertus, gratia ē habentis rationem. In habente vero rationem, mens, quare mentis gratia omnia esse cogit demonstratio. Mentis itē opera, cognitiones, visiones existentes intelligibilia; sicut actio visus, videre visibilia. Mentis igitur, & intelligentiæ causa, omnia homini appetenda. Mens, optimum animæ. Omnia vero, optimi gratia. Cognitionum, illæ libere, quæ propter se. Melius, quod propter se, q̄ quod propter aliud. Actionum domina mens. Cognitionum virtutes propter ipsum solū speculari meliores bis, quæ vtilia ad alia. Propter se autem contemplationes & virtus. In his sapientia mentis. In contemplationibus secundum sapientiam standum, non quibuscunq;. Non enim omnis simplex apprehensio, bonum: sed ea quæ est principantis, qui est sapiens, & rerum omnium principij. Manens in mente, deo persimilis sit. Totus intentionis oculus & amor cū mēte amor menti iungendus, & deo. Non enim contemplari fas est, quæ circa deum, & diuina. Nam non licet polluere obrutum rei diuinæ seruando necessitati, & vsui humano. Omnes actiones & alia in mentem, & deum referenda, idest bonum, sapientia, libertas, felicitas. Philosophandum, si volumus in Republica recte versari. Si sola iudicādi rectā obtinens lancem, & ratione vtens, & omne bonum contemplans, quæ quidem est philosophia, vti omnibus & imperare secundum naturam potest. Philosophandum ergo omni ex parte. De natura possumus capere scientias, & de alia veritate. Semper enim cognitiō priora posterioribus, & meliora secundum naturam deterioribus. Nam in termino rerū, & ordine magis, scientia est, q̄ contra: & causarum potius, q̄ euentuum. Sunt autem definita magis, ac ordinata bona, q̄ mala. Causæ autem potius priores, q̄ posteriora. Sublati ijs enim, auferuntur etiam, & quæ ex illis essentiam trahunt, vt latitudines numeris, superficies latitudinibus, solida superficiebus. Si itaq; melior anima corpore est, nanq; natura prior & antiquior. Circa corpus vero artes & prudentiæ sunt, vipote medicina; & gymnastica. Constat, q̄ & circa animam, & animæ virtutes, est ars, & cura, quam etiā consequi possumus: scientia magis est priorum, q̄ posteriorum. Omnium optimum philosophari, & sapere. Prudentia omnium potentissimum. Non decet fugere philosophiam: si quidem ē philosophia possessio, vsusq; sapien-
- Oīa propter mentē.**
- Functionū domina mens.**
- Amor cū mēte**
- Bonum, Deus.**
- Philosophia vsus sapientiæ**

tiel. Neq; oportet pecuniarum gratia ad columnis Herculis nauigio venire, & periclitari iontes. Amore. verò prudentiæ nihil laborare. Ad philosophandū, organis non egemas, ad opera vt alia indigemus, Neq; locus, sed, vbi vis terrarum posuerit quis intellectum, similiter vndeunq; tanq; præsentem attinget veritatem.

Sapere, & nosse, propter se appetenda. At qui sine viuere beate, vel in gaudio sit, vel virtute, vel in prudentia, per hæc omnia philosophandum: hæc enim maxime per philosophiam nobis eueniūt. Corpus animæ vti organum subijcitur. Vnumquodq; recte, per virtutem afficitur. Anima corpore melior: antiquior enim, & prior. Si simplex quoddam animal homo, & per rationem & mentem constituta est eius substantia; non aliud eius opus, q̃ sola exactissima veritas, & de entibus verum exquirere. Felicitas vel prudentia est, vel non est sine prudentia. Sapere, & contemplari, opus virtutis; & id in primis mortalibus hominibus eligendum, vt arbitror: si aut & oculis cernere. Vnumquodq; propter quod alterum appetitur, aliter ro melius: sed prudentia desideratur propter veritatem, veritas igitur potius eligenda. Sed viuere, sensu discernitur à nō viuere, vt præsentia sensus ac vi fit constatq; vitæ ratio. Sublato sensu, viuere dignum nō est, vt sublato viuere propter sensum. Sensuum nobilissimus, visus, propter manifestationem: ob idq; & cernere valde amamus, si viuere propter sensum eligendum. Sensus vero cognitio quædam, atq; vt per ipsam cognoscere possit anima, eligimus. Et iam discimus, q̃ si duo sint eligibilia, & vnum propter alterum, id, propter quod alterū est magis eligibile. Sensum oportet nobilissimum, & maxime eligendum visum. Nemo vellet viuere extra prudentiam, & domem. Igitur imprudentiam omnes fugiunt. Ergo est prudentia appetenda per illam rationem, Contrariorum si vnum fugiendum, alterum prosequendum. Omnium eligibilium optimum, prudentia. Somni quidem est voluptas ingens, nulla tamen electio, etiam si cōcesserimus omnes dormienti adesse voluptates. Nam visa per somnum, inania. Vigilantibus verò, vera. Nam hoc interest inter vigilias, & quietem nocturnam, ut q̃, experientis, mens veritatem sæpe videt, dormientibus vero nunq̃. Et fugere mortē quā plurimos, arguit animi ipsius docilitatē. Fugit enim quæ non noscit, tenebrosa & obscura: sequiturq; suapte clara, & perspicua. Vnde & valde causas nobis cernendi solem, & lumen dicimus. Oportere in primis venerari, & colere parentes ipsos, tanq; bonorū maximorū causas. Causæ vero sunt sciendi, & videndi. Idcirco & gaudemus familiaris

Felicitas aut
prudentia aut
nō sine ea.

Videre valde
amamus.

bus, & rebus, & hominibus: atq; amicos eos vocamus, notos scilicet. Patet hinc qd cognitum, & manifestum ac perspicuum, amabile. Omnis stultus igitur, & labore evitendus homini valenti beati, ut prudentiam teneat, cōtemplatricem veritatis. Nouerit vero & hoc quispiam, & ab his, si spes elauerit humanam vitam. Comperiet enim umbras omnia esse, quæ hominibus magna videntur. Vnde & recte dicitur, Nihil hominem existere, nihil rerum humanarum solidum. Robur enim, & magnitudo, & forma risus est, & nullius dignitas. Si quis oculis linceis posset aspicere, videret hæc omnia, nugarum plena. Intuenti quippe sempiternorum aliquid, solidum putabit versari in huiusmodi. Pœnas hic anima dat; & in vltione viuimus quorundam magnorum scelerum, sicut est apud veteres scriptum diuinius. Tale certe aliquid videtur connexio anime ad corpus. Quomodo enim in Tyrribenia memorat torquere sæpe captos, deuincientes viuentibus mortuos, corpora corporibus, ora oribus, manus manibus, singulas singulis partes partibus cōponentes: ita affecta videtur anima, & alligata omnibus sensitiuis corporis membris. Nihil ergo diuinum aut beatum inest homini, præter illud solum dignum studio. Quantum est in nobis mentis & prudentiæ, hoc nempe solum omnium rerum nostrarum immortale videtur, & solum diuinum, & præter qd cōmunicare posse virtutem eiusmodi. Atqui cum sit vita misera natura, & grauius; sic tamen iucunde administrabitur, ut præ alijs videatur homo deus. Mens enim nostra, Deus, siue Hermotinus, siue Anaxagoras dixit hæc. Et qd mortale æuum, partem habet dei cuiuspiam. Vel philosophandum igitur, vel Vale vite dicentibus, abeundum hinc, tanq; alia omnia nugæ videantur, & somnia.

Philosophandum.

Eorum quæ sunt, aliorum principium ars, aliorum natura origo, aliorum rursus initium fortuna. Quæ fortunæ, sine vacant. Quæ ab arte, propter aliquid sunt, & ratione, quæ est idea operantis ex arte. Et id, propter quod operatur, melius qd id, quod ars operatur per se, et non per accipiens. Finis artis, optimum. Etiam à fortuna, bonum quandoq; venit. Interminatum verò semper, quod ab ea fit. Opera naturæ propter aliquid, et melioris gratia semper constant, qd ab arte profecta. Imitatur enim non natura artem, sed ars naturam. Et ars adiuuat, suppletq; ubi natura deficit. Homo pluribus ad salutem artibus eget. Quod præter naturam, malum. Omnia membra animantium, & partes, natura digesta ad finem suum. Nobis lissimum animalium, homo. Igitur perspicuum, qd natura est, & secundum naturam. Et illud est optimum, cuius gratia natura nos condidit. Ac deus

Rō, idea operantis.

A fortuna bonum.

Arist. 1. Phy. c. 1.

finis

finis hominis, secundum Pythagoram, & Anaxagoram, contemplari cælū, Deū, finis solem, sidera, & naturam: & huiusmodi contemplatio, prudentia est. Sed hominis. Finem vltimò assequimur. Senes enim sapiunt. Et finis semper vltimò generatur. Conditus itaq; diuinitus homo est ad sapientiam, & speculationem. At id cognobile, an mundus sit, an altera natura quædam, considerandum forte posterius. Tantum iam dictum sit. assequimur.

Si secundum naturam finis, prudentia; optimum omnium erit sapere. Quædam necessaria, quædam bona. quæcunq; enim propter alterum desiderantur, sine quibus viuere non est, necessaria & concause dicenda: quæ propter se, bona. In appetendis, status. Solū speculari, est vita libera. Sicut iustitiæ (vti poetarum inquirunt sapientes) ad inferos dona ferimus, ita prudentiæ munus ad Fortunatorum insulas deportamus. Prudentia, bonum, & propter se. quemadmodum si in Olympiam pergeremus visendi gratia, nō relaturi quicq; ab actoribus, sed etiam addentes, alia permulta spectacula eligeremus; ita speculatio omnitus præferenda.

Vita libera.
Iustitiæ dona
ad inferos.

Philosophos oportet eos esse, & qui priuatim hominum, et qui rerū publicarum corpus recte curare volunt: magis tamen legiflatores, quibus salus cuius, felicitas & calamitas tota tribuitur. Vt enim in alijs artibus inueniuntur à natura optima organorum, sicuti in fabrilī perpendicularū, regula, circinus, ad dijudicandum rectum ab obliquo: sic & vrbānum decet, terminos certos tenere à natura ipsa, & veritate, quibus norit quid æquum, quid honestum, & quid conducens. Quod certe præstare nemo potest, nisi Philosophus, & cognitor veritatis. Solius philosophi leges rectæ, & opera recta, & honesta. Solus enim ad naturā spectans, viuit, & ad diuinū: & vti gubernator, quis ex sempiternis, & legitimis, cum attigerit vitæ principia, mouetur, & viuit per se ipsum. Est ergo spectatrix scientia hæc. Præbet autem nobis subrefacere p ipsam omnia. Sicut enim visio effectrix, & cōditrix nullius est, nam sua tantum interest iudicare, et indicare vnūquodq; visibilibus; nobis autem præstat, vt aliquid per eam exerceamus; & affert adiumentum ad actiones maxime, immobiles nempe ferme effectus, orbatī visu: ita si contemplatrix rerum scientia sit, innumera per eā gerimus, & alia quidem capimus, alia fugimus, & prorsus p ipsam cuncta bona possidemus.

Philosophus,
curator omnium

Quod igitur eligentibus vitam secundum rationem, contingat etiam iucunde viuere, hinc patet. Videtur dici viuere bifariam, secundum potestatem, & secundum actum. Cernere quippe dicimus quæcunq; animantium

habēt visum, & quibus est innata cernendi vis. Similiter scire & nosse vigilantium, & dormientium, videntium, & potentium. Sed viuere, sentire, nosse, videntium actu & agentium, non dormientium. Sentire potentia, non est sentire. Nec potentia scire, proprie scire. Sicut nec viuere, nisi sapientes, perfecte non viuunt. Si vero viuere cuius animantium idem, quod esse, constat & erit maxime omnium sapiens. Et tunc praesertim, quoties actu speculabitur entium illustrissimum, & notissimum; quin opus perfectum in se ipso contineat voluptatem, & gaudium. Actus ita contemplandi erit omnium iucundissimus. Iucunde viuunt anima sapiens. Vita ergo suauis, & voluptaria, & vere gaudium solis Philosophis adest. Verissimarum quippe cognitionum actio, & quae a maxime eniibus expletur, & eegit semper inditam perfectionem, ipsa omnium est & ad laetitiam accommodatissima. Felicitatem ponimus, vel prudentiam esse, vel sapientiam quandam, vel virtutem; immo enim maxime voluptatem. Vtuncq; soli sapientiae studiosi philosophi feliciter viuunt. Philosophandum igitur omnibus valentibus licet hic, eo q; praeter naturam forte est genus nostrum, difficile discere, & contemplari. quum vero reuerterimus, vnde exiuimus, suauius, molliusq; id fiet cunctis. In astro enim constituto philosophabimur, viuentes verissime, & intuentes visiones nullo impedimento formam cernentes anima ad veritatem apta, & spectantes Deorum principium laeti, & gaudentes perpetuo, voluptatem tenentes extra omnem tristitiam.

PHILOSOPHIA.

Philosophari est mori.

Mors, animi liberatio.

Philosophari fugere corpus.

Ideas nemo vidit oculis.

Age, iterum, sic aggrediamur. Videntur quicunq; accedunt ad veram philosophiam, latere alios, q; nihil aliud ipsi docent, q; obire mortem, & iure optimo. Latet enim vulgus, quemadmodum moriuntur, & digni sunt morte, & quamam morte, veri Philosophi. Mors ergo est nil aliud quicq; q; animae a corpore liberatio. Atq; illud est esse mortuum, Corpus scilicet ab anima abiunctum per se factum, & animam item separatam a corpore, per se ipsam esse. Hoc si ita se habet, non erit Philosophi viri dare operam corporeis affectibus. Apparet in his philosophus absoluens, & abiectus, animam a corpore, eiusq; consortio eripere. Sensus & corpus impediunt sapientiam, & veritatis intuitum. Igitur cadet anima prorsus a veritate, si auxilio corporis contendat contemplari. Igitur hic animus philosophi maxime aspernatur corpus, & fugit ab ipso, & per se ipse esse desiderat. Maxime aut erit hoc perspicuum a contemplatione idearum. Aequum enim ipsum, & pulchrum, & bonum, & omnia quibus formamur, quid sint, oculus nunquam vidit ullus, neq; alius corporis sensus quispiam. Philosophandum puro, &

si nullo intellectu, sopitis, & emortuis sensibus. Corpus perturbat mentem ne aequi possit veritatem & sapientiam. Donec itaque meris & mixtis huiusmodi cæno erimus, nunquam satis possidebimus quod cupimus, scilicet, verum. Obstant quippe vitæ necessitudines, morbi, amores, cupidines, metus. Omnia mala propter corpus, ut bella, seditiones, rixæ. Et si quando nos in ocio ad speculandum quippiam converterimus, corpus interturbat. Si quid igitur pure intueri volumus, colligendus est intra se animus, prorsus a corpore separatus: tum demum sapiemus. Duorum alterum, vel minime est consequi scientiam, vel id licet solis mortuis. Tunc per se ipsa erit anima a corpore libera. Prius autem non. Et dum vivimus, sic videbimur scientiæ proximi, quum rerum corporearum consuetudinem, societatemque declinaverimus. Neque nos expleuerimus natura corporis, sed puri erimus ab ipso, donec nec deus ipse nos absoluerit. Atque ita puri, alieni a corporis imprudentia, ut est dicens, cum iis erimus & cognoscemus per nos ipsos omne purum, hoc est verum. Non purum enim, contingere purum, nefas. Purgatio autem huius, quod iam in sermone dicitur, per separationem animæ, eo quod per se separata subsistit; perque ipsius consuetudinem soluendi a vinculis corporis: idque vocatur mors solutio, & separatio animæ a corpore. Soluere autem ipsam contendunt semper recte philosophantes. Atque hoc est studium Philosophorum, solutio et separatio animæ a corpore. Quare maximum nobis bonum philosophia præbens liberationem in anima, & genitura vinculum maxime in primis studio complectenda est. Iis maxime consentit fortitudo, & temperantia. Mors apud vulgus, malum putatur. Hic sunt umbræ virtutum, quæcumque non initiatus ad inferos ierit, in cæno iacebit. Purgati vero, cum Diis habitabunt, cuiusmodi sunt philosophantes. Si igitur & virtutem perfectam, & purgationem animæ Philosophia sola potest largiri, sola hæc comprehendenda. In Deorum enim genus non philosophanti, & omnino puro abeunti, non fas pervenire alij, quam studioso. Sed eorum gratia recti philosophi abstinent ab affectibus, nec his sese dedunt. Philosophi pauperem nequaquam metunt, nec exilia, nec coëctia. Tum honores minime ambiunt. Per interpretes anima rerum scientiam comparat, non per se ipsa. Per philosophiam nutritur anima soluere sese, & scit quod plena errorum est per oculos contemplatio: per aures etiam, & per alios sensus. Persuadetur quoque ex his secedere, quatenus ipsis non eget. Per philosophiam admonetur anima, in se ipsam colligi, & nulli credere alij, nisi sibi, eo quod noscat ipsa per se, ipsum per se entium. Quicquid vero per alia consideraverit ens

Oia mala a corpore.

Philosophia soluere vincula.

Philosophia animi libertas. Hic, locus vmbæ virtutum.

Philosophia soluit vincula.

- Sensum fugit** aliud, nullum debet aestimare verum. Ens vero aliud nō verū, dicitur sensus veritas. sui subiectum, & visui. Quod vero videt ipsa, intellectuale, & inuisibile.
- Voluptas datus.** Omnium malorum maximum, voluptas, qua tanq̃ clauo, & fibula anima corpori neccitur; putatq; vera, quæ & corpus suadet: & ita spoliatur rerum diuinarum aspectu. Philosophos decet sortes esse, & temperantes, & inuictos animo; ut videant veritatem. unde anima alitur, & vivit. Et sic oportet, donec vixerit; & cum obierit in cognatam; & in huiusmodi diuinam rem veniens, aberit; procul soluta ab omnibus malis, & vinculis: & reducat̃ ad ens, & cognitionem veritatis entis, quod est felicitas: quosnam immortalis anima videtur. Nulla via est fugiendi mala: nec vlla salus, q̃ optimam fieri, & sapientissimam. Nihil enim aliud habens ad inferos vadit anima, præter disciplinas, & educationem. Quæ quidem & dicuntur maxime iuuare, vel damno afficere, statim ī principio peregrinandi illuc. Melior enim anima cum deo habitat, & per cælum incedit. Anima vero, quæ iniqua attingit opera & impia, in subterranea iudicia veniens pœnas luet condignas. Quapropter nihil est prætermittendum, ut prudentiam in vita comparemus, ac virtutem. Optimum enim præmium, & spes ingens. Contrā, omnia corpora contemnenda. Propriū anime ornamentum, est modestia, iustitia, fortitudo, liberalitas, veritas. Non igitur circa cultum corporis, nō circa colores, & opes; sed circa prudentiam & virtutem animi prorsus laborandum, & insudandum. Non enim ex pecunijs virtus: sed ex virtute pecuniæ, & bona hominibus omnia, & priuatim, et publice. Hæc est veritas, quod non erit viro bono malum ullum, neq; viuus, neq; mortuus: neq; huius res à Dijs relinquuntur.
- Bona aut cum deo habitat.** Et à vita summorum in philosophia virorū oportet, iuxta Pythagoræ instituta, efficere admonitionem. Si enim ab incunæ ætate primū nescire forum, nec ubi tribunalia, vel publicus quispiā vrbis confessus. Leges autem, aut suffragia dicta, vel scripta, nec vident, nec audiunt. Corpore tantum versabantur in vrbe, intelligentia vero omnia hæc exigua putans, & nullo modo æstimans, passim volitat, iuste Pindare. Et quæ super terras, & plana geometrizans, & supercælestia contemplans, & totam omnino scrutans naturam entium, cuiusq; totius in ea, quæ proxima sunt, non se immittens. Sicuti & Thalem astra spectatū, lapsūq; ī foueam, Thrassa quædā arguta, & lepida serua memorasse dicitur, quod cum cæli vias intenderet, quæ sub pedibus teneret, nō cerneret. Quid inuat pro quo iactitare, quando duorum & progenitorum millia cuiq; fuerunt, & ferè innumerabiles
- Mors volitat.**
- Pindarus.**

multitudo, in quibus diuites, inopes, reges, mancipia, barbari, & græci. Philosophis nobilitas generis minimæ curæ.

Malum oportet esse; contrariū nempe quippiā bono semper esse oportet. Mala tamen procul à Dijs: sed circa mortalem naturā versantur. Unde & tentandum hinc, illuc ad deos fugere. Fuga vero, assimilatio diuina, quo ad fieri potest. Assimilatio vero, iusticia sit, & sanctitate, cū sapientia. Deus nullo modo iniquus, sed iustissimus. Sed nihil deo familius, q̄ si quis nostrum iustissimus. Cognitio dei est sapientia, & virtus vera. Ignoratio vero, impietas. Cum sint in Ente exemplaria, alia quidem diuina, felicitissimi, alia miserrimi: stolidi non vidētes sic sese habere, ruunt in deum. Ideā in ente. mentiam vltimam, hærentq; miseriæ per iniquas actiones. Locus à malis purus, non recipiet eos, qui à grauitate non fuerint alieni.

Post hæc licet cōparare naturam disciplinæ & indocilitatis huiusmodi dispositioni, sicut in habitaculo speluncæ ad lumen introitū habentem longam apud speluncam. Hic à pueris existentes in vinculis, & cruribus, & cervicibus. Itaq; manere ipsos, ut ante, solum queant cernere. In circum uerò mouere capita propter vincula non possunt. Lumen autem ipsis ignis desuper, & procul ardens post ipsos. Inter autem ignem, & vinctos superius viam, apud quam esse paruum murum constructum, tanq̄ miracula ostendētib; apud homines posita sunt diaphragmata & cortinæ, ubi paucuntur mirifica. Vides etiam apud murum ferentes homines, vasa omnium generum supereminentia, murum, & ædificium, & statuas, & alia animalia lapidea, & lignea, & omnisaria machinamenta, ut par est, alios quidem loquentes, alios tacentes transferentium. Nos ergo vincti sumus, nihil cernentes, nisi umbras, incidentes è regione speluncæ, decisas ab igne. quomodo enim cernemus? si immobilia tenere capita cogimur per viam. quidquid vero eorum, quæ afferuntur, non videmus. Si igitur colloqui possent inuicem, non hæc putes eos Entia nominare, quæ viderent necessitate. quid vero, si & echo carcer è regione haberet, quum quis prætereuntem vocaret, vincti ipsi putarent aliud aliquid esse quod sonaret, loquens, q̄ umbram transeuntem. Omnino igitur huiusmodi nō aliud quippiam putarent verum, q̄ vasorum umbras. Considera igitur ipsorum solutionem & salutem, & à vinculis & imprudentia. quid contingeret eis, quum aliquis effci solutus, & cogeretur statim exurgere, & obvertere ceruices, et pergere, & ad lucem respicere. Omnia hæc faciens, doleret: & propter sile-

gores non valeret illa intueri, quorum umbras iam viderat. Quid putas ipsum dicere, si quis diceret, & tunc viderat nugas: nunc vero propior esset enti, & ad magis entia conuersus, rectius spectat. Atqui & vnumquodque transeuntium ostendens ei, cogat interrogans respondere, Quod est; non putes ipsum ambigere, & aestimare quæ videntur veriora, quæ nunc ostensa. Quin si ad lucem ipsam cōpellant ipsum intendere, dolore afficietur oculi ipsius, & fugiet conuertens ad illa sese, quæ potest perspicere; & putabit hæc vere manifestiora, quæ ea quæ iam ostēderentur. Si vero hinc trahat quis ipsum vi, per asperum ascensum, & arduum, ante quæ sit ad lucem solis euectus; dolebit, & grauiter ferret. Et postquam ad lucem venerit, fulgoris habens plenos oculos, nihil videre eorum valebit, quæ dicuntur vera. Quare prius oportet consuescere, volentes suprema inspicere: & primum quidem umbras intueri, deinde in aquis hominum, & aliorum idola. Postea ipsa, ex his quæ in cælo, & ipsum cælum, nocte, quia facilius cernēs astrorum, & siderū, ac lunæ lucem. Vltimo, arbitror solem, non in aquis, neque in aliena sede ipsius phantasmata; sed ipsum per se ipsum in proprio loco poterit contemplari, Qualis sit. Et post hæc, ratione colliget de ipso, quod hic, & horas præstat, & annos, & omnia percurrit, quæ in loco viso principium & causa omnium, quorum imagines viderat.

Amplius, si hæc vera oportet intelligere de ipsis tale aliquid disciplinam, non quale quidam inquirunt esse, eiusmodi etiam esse. Nam ait, non existente in anima scientia, imponere ut cæcis oculis visum imponentes. Nunc vero ratio monstrat hanc inesse cuique in anima vim & organum, quod quisque adiscit, ut si oculum non est aliter, quam toto cum corpore vertere ad lumen è tenebris; ita cum tota anima ex illo quod sit, circum agendum esse, donec in ens, & entis illustrissimum possit venire. Hoc autem esse bonum dicimus. Artes & virtutes aliæ præter sapientiā ferè efficiunt animam propè quiddam esse rerum corporis. Prudentia vero diuinius cuiusdam est, quod vim nunquam amittit. A pueri amputandæ corporis consuetudines voluptariæ, quibus animæ obtutus ad inferiora conuertitur. Animo maxime propriū eleuari à generatiōe, & purgare actionē suā ratiocinari potestem.

Si verò & ab antiquis sermonibus, & fabulis sacris, & alijs, & Pythagoræorum admonere audientes, ordiamur hinc. Recte appellantur, qui nibilo egenti, beati, & tanquam infinitas habentium cupiditates, grauis vita. Inde Euripides, Quis nouit, si viuere est mori, & mori viuere? Illud animæ, ubi voluptates sunt, è vitæ dolium perforatū. Inexplebilis est infælis

Fabulæ sacre.

citas, ac is ē infernus. Hinc dicitur ab huiusmodi anxietate & dñs quasi
 ἄνδρς omni voluptate & gaudio carens. Miserrimi ergo sunt, quibus
 tale os clausum non est. Ferunt rimarum pleno dolio aquam, & perforato
 cribro. Cribrum anima insipientis, vndiq; patens, quo fœliciores, modesti
 intemperatibus. Alia similitudo, ut si cum sint duo viri, quorum utriq; do-
 lia multa sunt, & alteri quidē salua & plena, hoc vini, illud mellis, aliud
 lactis, & alia multa rerum multarū. Fluxus vero fundentes rari, & diffi-
 ciles vniuscui usq; horum sint, & multo labore præbentes. Alter igitur, cū
 impleuerit vasa, conquiescet, & horum gratia silens sedebit. Alteri vero
 fluxus non quidem, quemadmodum & illi præbentes vix; sed dolia perfo-
 rata, & marcida, is cogetur die & nocte replere ipsa. Cum ergo baud
 dissimilis vita sit, non erit beator intemperans modesto. Sed contrā, tanto
 hic illo fœlicior scilicet modestus, quanto vasa sua seruat integriora, ac ma-
 gis clausa.

Cribrum aia
 insipientis.

Alia methodus per analogiā à corporeis notis ad res animæ bonas, vel
 malas; & à malis separans, & ad turpia abalienans affectum nostrum.
 Bona vero admonens, tota vi capienda, & ad honesta consuefaciēs nostrū
 animum. Si vitia & ægritudines corporis oportet vitare, multo prius etiam
 animæ. Non est recte viuere, cū id quo viuimus, non recte se habeat,
 sed repugnet sibi ipsi. Sicut in corpore modus, & ordo tenendus, ut salus,
 & robur seruetur: ita in anima modus, & ordo, hoc est lēx, iusticia, tem-
 perantia. Sicut ægrotatē corpore prohibent medici repleri his quæ appe-
 tit; eadem de anima ratio, cum peruersa facta est, & laborat amentia,
 & intemperantia, & iniustitia, & impietate, coercenda est ab affectibus,
 & trabenda, ut faciat quæ faciens, reddatur melior. Quanto anima cor-
 pori præstat, tanto & bona animi bonis corporis. Non idem iucundum, &
 bonum. Iucundum, quo veniente delectamur. Bonum, quo præsentē boni
 sumus. Virtus ordine constat, & rectitudine. Anima modesta, bona: non
 modesta, mala. Temperans consentanea operatur in deos, & homines.
 Oportet modestum esse iustum, & fortem, & sanctum, & bonum, & fœ-
 licem. Oportet fœlicem futurum, fieri modestum. Et publica, & priuata
 in æquitatem, & modestiam referenda. Sapientes aiunt, & cælum, &
 terram, & deos, & homines societatem continere, & amicitiam, & me-
 diocritatem, & temperantiam, & iustitiam: & totum hoc ob hæc mundū
 vocant, non immundiciam, neq; intemperantiam. Non aduertentem vero
 hæc, latet q̄ hæc æquabilitas geometrica & in Dijs, & i hominibus val-

Aiæ modus
 ordo.

Virtus, ordo.

Mundus.

Oēs numeri
felicitatis.

1. Sanitas.

2. Pulebritud.
do.

3. Diuitiæ.

4. Sensuū vi-
uacitas.

5. Imperia.

Religio à Phi-
lophobia.

Ad finem bo-
num ducunt.

1. Bona na-
tura.

2. Amor.

3. Labor.

4. Disciplina

5. Tempus.

Fides.

Eunomia bo-
na lex de æ-
quo & bono.

de potest. Omnis sciētia separans, & alienans à virtute, impietas, nō sapiētia est. Per se bona omnia inchoanda. Nihil nimis, ad temperatiam referendum. Temperans, beatus. Iniustus, etiam si Mida & Cinira ditior, infelix. Primum felicitatis, sanitas: secundum, pulchritudo: tertium, diuitiæ: quartum, recta sensuū dispositio: quintum, dispositio tyrannidum.

Iustus optima omnia: bonis bona omnia. Si male vixit, iocundo & iucundus de. Idem optimum, & iucundissimum. Partes philosophiæ connexæ. A nobilissimum incipimus primum, ut oportet religione, quam non præstat nisi philosophia. Soli enim philosophi spectatores veritatis sunt. Etiam virtus per philosophiam acquiritur, & per philosophiam contemptus mortis docetur.

Ad finem optimum ducunt, primo, bona natura: secundo, desiderium boni, & amor: tertio labor: quarto, disciplina: quinto, tempus. In primis tamen id seruandum, ut qualis quisque vult videri, talis existat. Gloria non exoritur subito, sed multa post tempora capit authoritatem. Multo tempore opus est ad fidem faciendam, & optimam hominū opinionem. Nec nisi optima præcesserit educatio, & auctio, eos nempe qui fiunt statim diuites, vel

boni, vel sapientes, vel fortes, non recipiunt libenter. Homines hæc omnia per philosophiam comparantur. Cupidum omnium virtutum, oportet videre, qua ratione sit optimus, prosequi alijs, præsertim propinquis. Vitandum recte omnibus in vita rebus, philosophia id distante. Desideratur vita, ut sit animantia. Desiderantur pecunie propter morbos. Senium pericula res

periculosa, propter ambitiones. Quicunque autem vir vere bonus est, hic non aliter no ornamento circumposito gloriam querit, sed sua virtute. Per philosophiam mors floccifit. Imperium, et potentatus, & societates hominum seruare necesse est iustitiam, & legum æquabilitatem. Æquum per se appetendum. Legum obseruantia & publice, & priuatim optima: transgressio vero perniciosissima. Incipimus ab obseruantia legum. Prima fides ex ea,

fit maximum omnium hominum adiumentum, & optimum. Concordia enim, & legum obseruatione, parua res suppetunt; sine quibus etiam maximæ non sufficiunt. Deinde fortunæ, eadem virtute gubernantur. Tempus præ-

terea hominibus, propter Eunomiam ad res quidem ociosum, ad opera vero vite actuosum. Tum præstat concordia sub eisdem legibus, abesse à cogitatione molestiarum tristissima, & manere in iucundissima actionum contemplatione. Somnum etiam, & quietem intrepidam, & securam; exciperetque diem venientem suauiter, & libenter ad honestas vite actiones exigendas. Mala transgressionis legum, & præuicationis, sequuntur turba res

rum

rum mæstissimarū, fortuna vilis, bellum insidiæ. Tristes somni, & insidi, tyrannides. Non est, homines sine legibus, & iustitia vivere. Sublato iudicio, & lege, tum in vnum iam recedere curam horum & tutelam. Quo modo enim aliter in vnum monarchiam constituat, q̃ nō lege pulsa, necessaria multitudini? Oportet enim virum, qui ius, & leges soluit communibus hominibus, adamantinum fieri. Si auferat hæc à multitudine hominum, is singularis ab alijs. Non aliter sælices erimus, q̃ per legum obseruantia, & nisi quis legem proprie constituat vitæ. Lex autem, est ratio res flæ, dictans quæ oporteat agere; dissuadens quæ non oporteat, in vniuerso orbe, in vrribus, & domibus, & apud se ipsum. Quæ omnia per philosophiam parantur.

SYMBOLA PYTHAGORÆ.

Postremum institutionis genus, ac hortatoriū, per symbola tripartitū. Proprium sēctæ, & arcanum ad cæteras inductiones. Populare alterum & commune. Mediū tertium, non omnino vulgare, nec omnino Pythagoricum, non tamen alienum prorsus ab utroq;. Nos genus illud symbolorum selegimus, quod memoria dignum putauimus, & quod ad philosophiæ studium incitandum facere cognouimus, interpretantes. quatenus igitur exoticas quasdam solutiones, & communes omni philosophiæ, & imponemus, per hoc censendum abhorreere à Pythagoræ instituto, quatenus et virorum horum maxime proprias de quacunq; re opiniones immiscebimus, secundum hoc rursus proprium Pythagoricorum, alienū verò ab alijs philosophis, recte habet ponere ipsum. Ideo gradus quidā fuit, & pons ex imis ad arcem perducens legitime intendentium animos. Antiquissimi nempe, et contemporanei Pythagoræ, ac docentes typo dicendi vtēbātur nequāq; cōmuni, & interpretatione: sed per institutum silentium Pythagoræ mysteriorum, per symbola & loquebantur, & scribebāt; secus quisquis etiam maxima differuisset, anilia censebantur, atq; ineptiarum plena. Dabimus ergo suam cuiq; symbolo interpretationem, secundum exotericum, & aut Symbolarum enucleatio.

ditorium docendi genus.

Symbolū pri-
mum religio-
nis.

Symb. 2. ad re-
ligionem.

3. Symb.
Discalciatus
. 1. liber sacri-
fica.

4. Symb.
DEO nil dis-
ficile.

Omnia symbola cōmuniter quidem ad omnem virtutem, priuatim vero singula ad singulam virtutem, & ad partes philosophiæ & mathematicum, alia aliter hortantur. In templū abiens procide, nihil aliud me-
dium faculare neq; dic neq; fac. Vt prima statim ad pietatem, cultumq; diuinum ac religionem, ac diuinam animant scientiā. Abeuntem enim in templum adorare, nihil aliud temporaneum neq; dicere, nec ge-
rere, seruat diuinum, quatenus est per se immixtum, purum, & puro pu-
rum connectere assuefacit, & efficit, vti nihil contrahatur ab humanis ad
diuinam rem: omnia enim aliena sunt, & contraria ad eam se habent. Idem symbolum, & ad scientiam valde confert. Nihil nanq; fas est ad di-
uinam scientiam huiusmodi aliquid afferre, quale est humana cogitatio, vel
curam temporaneam habēs. Nihil igitur iubet in his aliud, q̃ sermones sa-
cros, & diuinas actiones non commiscere hominibus, & instabilibus mo-
ribus. Huic consonans est sequens ac secundum symbolum. Non obiter
introeundum in templum, neq; in via adorandum, neq; si
ante fores ipsas astiteris. Si enim simili simile apicum ē & respon-
dens, constat q̃ & cum primam in vniuersis essentiam habeant Dī, primā
ipsorū oportere fieri curam. Si verò alterius rei gratia quis ipsam habeat,
secundum & posterius sic statuet, quod est omnium primum, & totius cu-
ræ ordinē, & cognitionis euertet. Amplius nempe honesta bona nō opor-
tet humanorum vtilium in secundis ponere, neq; nostra quidem in ordine
finis statuio. Accessoria verò, neq; opera, neq; consilia, potiora sunt. In
idem verò ahortatio, & à consequenti symbolo fit. Illud enim, discal-
ciatus sacrifica & adora. Vnū quidem significat temperanter & mo-
deste, & non superexcedentes in terris ordinem deo; curare, ac cognitio-
nem de Dī fieri. Alterum oportere absq; vinculis, & solutos, liberosq; cu-
ram, & contemplationem Deorum gerere. Hæc vero non in solo corpore
pronunciat symbolum agenda, verum & i animi actionibus, vt neq; actio-
nes ipsas ab affectibus trahi teneriue, neq; à corporis imbecillitate, neq; à
circumnata extra nos generatione, sed soluta omnia habere, & parata ad
participationem deorum. Et aliud quoddam est ijs simile, ad eandem vir-
tutem promouens eiusmodi symbolo. De Dīs nihil admirabile diffi-
das, nec de diuinis dogmatibus. Satis quippe institutum hoc, piū
& religiosum est, ac deorum excellentiam proferit, comminiscens, q̃ nō nos-
trum instar coniectare oportet, & diuinam vim. At nobis quidem, vi pote

corporeis, genitisq; , & interituris, ac tempori obnoxijis, & subiectis moraborum varietati, & domus angustijs, & lationis, in medium grauitati, & somnolentiæ, & egestati, & superabundantiæ, infœciæ, imbecillitati, & animi impedimento. & alijs, ut par est, impossibilia quædam sunt. Atqui multa sic de natura habemus electa. Sed tamen à Dijs desicimus, & neq; vim eandem, neq; virtutem æqualem ad eos tenemus. Cognitionem igitur deorū maxime hoc exprimit, & inducit, tanq̃ oīum potētū. Propterea de Dijs nihil diffidendum pronunciat: Propositum est autem, neq; de diuinis dogmatibus, quæ Pythagoræ philosophiæ videntur. Hæc nanq; à mathematibus, & scita cōtemplatione firmata, vera & infallibilia sunt, demonstratione omnisfaria, & coactione antiquata: eadem hæc possunt ad scientiam de Dijs excitare. Admonet siquidem scientiam huiusmodi assequi, per quam nulli eorum increduli sumus, quæ de Dijs referuntur, & de diuinis dogmatibus possunt persuadere eadem, & per mathematicas currere. Solæ etenim hæc oculos præbent, & lucem de entibus omnibus contemplato, & spectaturo ipsa. Ex participatione enim mathematicum, vnum ante omnia constituitur, nō esse incredulum de natura deorum, nec de essentia, nec de potestate, nec de Pythagoricis dogmatibus, quæ monstra videntur loqui, nō introductis, & mathematicis non initiatis. quare quod dicitur in symbolo Incredulus ne sis, est, ac si diceret, aggredere, & posside illa, per quæ nō eris incredulus, hoc est mathematica. & scientiam facientes demonstrationes. Puto autem, q̃ in his illud in idem confert. Populares vias declinans, per semitas perge. Et enim hoc popularem quidem, & humanam vitam dimittere suadet. Secretam vero, & diuinam consecrari dignum censet. Et sententias quidem communes despicari, inquit, oportere. Proprias vero, & arcanas, pluris facere. Et oblectationem quidem ferentem in homines spernere. Successum vero diuinæ voluntati consentaneum multo ebrius pendere. Et mores quidē humanos relinquere, tanq̃ vulgares. Deorum vero cultus, tanq̃ excellentes supra vulgarem vitam amplecti. Persimile huic est, & illud sequens symbolum. Abstine melanuro: mortalium enim est deorum. Alia quidem igitur de ipso in libro de symbolis dicemus, quæcumq; in admonitionem cōueniunt. Suadet cælestem suscipiendam viam, & intellectualibus iungit Dijs, atq; à materia natura separari, & induci ad immaterialem, & puram vitam, & Deorum curā uti optimam, & maxime primis Dijs cōuenientem. Hæc ergo ad deorum cognitionem. & pietatem faciunt adhortationem. Ad sapientiam vero bus

Dei omnipotentia.

s. Sym.
Populares declina vias.

6. Sym.
Abstine melanuro. i. à corporeis.

7. Symb.

Echo adores,
sapientie mo-
rita.

Echo similitu-
di diuinorum.

8. Symb.

Ense igne ne
ferias contra
iram.

Heraclitus

9. Symb.

Pondus cū le-
uante eleua, cū
deponente nō
deponito.

Ad fortitudi-
nem.

inmodi. Linguam ante alia continere, deos sequens. Primum enim est sapientie opus, rationem conuertere in se ipsam, & assuefacere non extra prodire, perficique per se ipsum, & in conuersione ad se ipsum; & post hoc in Dijs felandis. Nihil enim aliud adeo mentem perficit, q̄ si conuersa in se ipsam deos consuetetur. Illud vero symbolum dicens. Ven- tis flantibus, echo adores. Et hoc diuinæ sapientie est theorema. Innuit enim quomodo oportet diuinarum essentiarum, & varium similitu- dinem amare; & si agant consonum actionibus, eorum sermonem, magno studio venerari, & colere. Ense ignem ne credito. Hoc symbolum, est prudentie hortatorium: excitat enim nobis mentem conuenientem, ex eo q̄ nō decet igne repleri, & ira hominem: nec opponere sermonem acrem, neq; contendere. Sæpe namq; sermone mouebis indocilem, & perturbabis, & persuadebis grauiora, & acerba. Testis horū Heraclitus. Ira enim (in- quit) bellum gerere graue. Nam eo q̄ gratificatur, anima iuuatur. Atq; id recte dixit. Multi nempe gratificantes permutant suam animā, & mor- tem reddunt iucundiores, lingua domita: & ex quiete, & sublata cōten- tione, fit amicitia, extincto iracundie igne. Et ipse non imprudens esse vi- deberis, acrimoniam elidere à te ipso. Ad quem ira fuerit conuersa, captus erit. Et hoc vti prudentia suadet, & non iracundia. Acutum enim animi, quod irascibilem appellamus, ratione nos, & prudentia priuat. Fernet enim ira, tanq̄ lobes, igne succensus. Vnde in prius actum cogitans, sententia redit. Oportet igitur in tranquillitate constituere animum, & auertere ab impetu iræ, capere se ipsum vti resonans æc tactu. Passionem hanc itaq; ra- tione decet edomare. Viro imponente pondus, simul eleua. Non simul adiuues deponentem. Huiusmodi symbolum ad fortitu- tudinem vocat. Omnis enim imponent onus, laboris & actionis significat negotium. Tollere vero siue leuare a pondere, quietis & remissionis in- diciū est. Ac si diceret symbolum, Ne fias tibi ipsi, nec alteri desidia, et mollis oculi occasio. Laborare quippe omnes facultates capiuntur. Hercules autem Pythagoræi aiebāt hoc symbolum esse ipsis, insignitum ab illius opes- ribus. Quando enim versabatur inter mortales, sæpe ex igne, & omnibus grauissimis redibat, desidiem refugiens: ex actione enim, & negotijs rectū fit & officium, non autem segnitie. Ad calciandum, dextrum in- due pedem: in peluina, sinistrum. In actum prudentiam adhorta- tur. Studiosas quidem actiones vti dexteras circumponere proficitur sym- bolum, prauas verò vti sinistras deponere prorsus ac abijcere. Maxime

vero de Pythagoræ sine lumine ne garrias. Hortatorium est in
 prudentiæ mentem. Hæc enim lumini assimilatur animæ, & indeterminatam ipsam determinat, circumducitq; tanq; ex tenebris i lucem. De omni-
 bus igitur in vita bonis ducem mentem præstituerè oportet, maxime de
 Pythagoricis dogmatibus. Ea quippe sine lumine non est noss. Stateram
 ne supergradiare. Hoc symbolū iuste agere iubet, & præferre æquæ
 bilitatem & mediocritatem mirifice. Et perfectissimam virtutem cognosce-
 re iustitiam, cuius reliquæ sunt complementum, & sine qua aliarū nullus
 usus. Et nō obiter ipsam oportet intelligere, sed per theorematà, & scientiæ
 parentem demonstrationem. Hoc verò nullius alienius artis officiū est,
 & scientiæ, præterq; solius philosophiæ pythagoricæ, quæ quidē ante alias
 mathematicas honorat. In idem recidit & illud symbolum, Petegre è
 domo proficiscens ne cōvertere. Furix etenim transeunt.
 Et enim hoc ad philosophiam citat, & ad innatam negociationem secundū
 mentem, significatq; & proestatur planè symbolum, q; philosophari co-
 gitans, te ipsum separa ab omnibus corporeis & sensibilibus; et vere mor-
 tis curam gerito ad intellectualia & immaterialia: & semper secundum
 hæc, & eodem habentia modo, sine tergiuersione progrediens, per con-
 uenientes mathematicas. Peregrinatio quippe, translatio loci. Mors vero,
 animæ separatio à corpore. Hoc vero philosophari, tanq; vere & sine sen-
 sorijs, & corporeis actionibus, pura mente vi ad comprehensionem veri-
 tatis entium, quæ quidem cognita est sapientia esse. Philosophari vero co-
 gitans, ne retrorsum conuvertere, nec detrabere ad priora, & in simul te-
 cum adulta tibi proficiencia corporea. Pœnitentia enim ex hoc multa tibi
 continget impeditio ad sanas comprehensiones à rerum corporearum tene-
 bris. Pœnitentiam autem, furiam & erinny vocans, cognominauit. Ad
 solem ne micturies. Illud suadet nihil animale cogites facere. Phi-
 losophare autem, cælum spectans, & solem lucemq; tibi veritatis putato, ac
 nunq; memineris humilium, sapiens esse qui cupis in Philosophia. Ad deos
 vero, & sapientiam per cælestium contemplationem recurrere, & philo-
 sophiam inueniens, iteq; ipsum eleuans lumine in ea veritatis, & conuersus
 ad huiusmodi institutionem, Theologiamq; & Physiologiam, & sphaeræ
 eorum cognitionem, & sermonem de causis. Super hæc omnia nihil ani-
 mæ quicq; fac, nec bellua dignū. Illud vero sibi ipsi annunciat. Et lam-
 pade sedem ne abstergas. Non enim solum quoniam purgatiua lam-
 pas, ex eo q; plurimum ignis participat, tanq; id quod dicitur diuinū, sua-

10. Symb.
 sine lumine ne
 garrias de di-
 uinis.

11. Symb.
 Stateram ne
 transilias. i. iu-
 stitiæ mēsurā,
 & sapientiā.

12. Symb.
 In via ne reu-
 spexeris. i. nū-
 quā terga deo
 obuerias.

Diuina vi se-
 mel attigeris,
 nunq; terga
 veritas.

Furia, pœnitē-
 tia vltix.

13. Symb.
 Ad solem me-
 iere ne fas. nil
 cogites aliæ.

14. Symb.
 Lampade sedē
 ne absterferis.
 pulcherrimū cō-
 spurganda.

Lampas, phi-
losophia.

15. Symb.

Gallū enutri,
igniculos mē-
tis ale.

16. Symb.

Diuina nō pi-
grē trātlāda.

17. Symb.

Nil armatum
vncis vnguibz
educa. Fuge ra-
pacitatem.

Dextra ape-
rienda.

det non sordare ipsum, quod per naturam à sordium notis alienum existit. Neq; contra pugnare naturæ aptitudini ipsius, inquinantem id, quod inquinata detergit: sed magis nō miscere, nec confundere sapientiæ propria cum sensualitate. Fax enim & lampas propter splendorem, Philosophiæ assimilata est: sedes vero, propter humilitatem, sensualitati. Gallum enutrias, sed non sacrifices: lunæ quippe, & soli consecratus. Consulit nobis nutrire simul, & augere, & non negligere, quæ pereunt, & corrumpuntur, & quæ sunt mundi unitatis, & concordie, consensu & conspirationis magna argumēta. Idcirco admonet vniuersi contemplationem suscipere, & philosophiam. Quoniam vero arcana secundū naturam veritas de vniuerso, & difficilis ad speculandum satis, quærenda homini tamen & vestiganda maxime per philosophiā: p̄ aliud quippe aliquid institutum ita fieri nullo modo potest. Ipsa verò philosophia extinguit quosdam igniculos à natura capiens, & tamq̃ viaticū. vegetat autem ipsos, & auget, & fortiores suis matrematibus reddit. Philosophandū ergo est. In semodio ne sedeas. Magis pythagoricum exciperet quis sapiam ex eisdem superiorum motus. Quoniam enim corporeitate, & sensualitate, non semodio metienda alimonia, non quiescas, neq; non imitatus philosophiæ perseuera; sed in ipsam te ipsum dars, illud magis prouide, quod diuinus in te est, quod est anima, & multo prius in anima mentem, quorum cibus non semodio, sed cōtemplatione, & disciplinis metiri decet. Nil educes quod vnguibus instructū aduncis sit. Magis pythagorice consulat, benignus esto, & dapilis; atq; huiusmodi esse alios cura, dare quippiam, & accipere, nulla malignitate, nec vlla inuidia cōsuefaciens. Sed nec omnia oportet improbe capere, dare vero nūl. Nam eorum, quæ vnguibus vncis instructa existunt à natura organa, ita affecta statim capiendi, & facillime condita sunt. Dimittendi aut̃, aut tradendi non amplius, propter impedimentum curuorum vnguium. Quemadmodum & creagæ naturam sortitæ sunt rapiēdi quidem ocysissime: dimittendi vero ægre, nisi quis valde inclinet, & explicet ipsos conuertens. complanatis vero nobis à natura manibus, ut per ipsas demus vltro, accipiamusq; & sermonem communicandi gratia, & digiti simplices quodam modo, & nō curui manibus imat. Quod cum ita sit, in his non imitanda curuis vnguibus instructa, aliter modo condita ab opifice; sed magis communicandum inuicem & participandum admodum ad hoc ab ipsis nominum institutoribus, qui Δεξιᾶν dextram manum, digniorem appellatarunt, non solum ἀπὸ τῆς δεξιᾶς χειρὸς, quod ē accipere, sed etiā ἀπὸ τῆς δεξιᾶς

ὁ ἀρχὴν .i. ab eo quod est receptā esse in tradendo. Iuste igitur agens
 dum. Per hoc vero philosophandum. Permutatio enim quædam & retris-
 butio, & superabundans & deficiens, retribuens per vicissim donationem.
 In via non scindas. Significat, q̄ vnum, quidem exiat verum; valde
 autem scissum, falsum. Perspicuum vero inde fit, quomā vnumquodq; vno
 tantum modo dicitur. Si quidem sanē dicatur. Et vnumquodq; , quod sanē
 non dicitur, infinitis modis dicitur. Via, philosophia videtur esse. Ait er-
 go, q̄ eligas philosophiam illam, & viam in philosophiam, in qua scissio
 nulla sit, neq; sententiæ repugnantes. Sed capias, probesq; , quæ stant, &
 eadem sibi ipsis demonstratione ea firmata, quæ scientiam pariat per ma-
 thematicas, & speculationem. Quod idem est, ac diceret, Pythagorice phi-
 losopheris. quoniam per corporea sensata progrediens, philosophia, quam
 maiores sans vsurpant, & deum, & affectiones, & animam, & virtus
 tes, & in vniuersum omnia quæ in entibus causæ potissimæ sunt, putan-
 tes corpus esse, lubrica est, & facile euertitur, & indicant id argumenta
 varia eorum, qui videntur de ipsa aliquid loqui. Ea verò Philosophia, quæ
 rerum ē corpore carentium, & materia, rerumq; semper secundū eadem,
 & eodem modo se habentium, intellectualium, sempiternarū, nunq̄. quan-
 tum ē in ipsis, corruptionem vel mutationem habentiū, similis (inq̄) phi-
 losophia subiectis ipsis, nunq̄ excidit, semper stat firma, atq; incommuta-
 bilis demonstrationis artifex. Consulto igitur nobis hortamentū, quum phi-
 losophamur, viamq; facimus, iam dictā fugere rerum corporearū, & val-
 de scissarum cogitationem: assuefieri verò corporum substantiæ; quate-
 nus sibi inuicem consonat propter veritatem, quæ natura ipsis subest, &
 firmitatem. Dei typum annulo ne imprime. Iuxta antea exposi-
 tum inuentionem huiusmodi vtitur monito. Philosophare, & incorporeos
 in primis censeas deos esse. Atq; id existit præcipua radix dogmatum Py-
 thagoræorum. Hoc est vnde omnia ferē pendenti, & sub quo tanq̄ sine con-
 cinentur. Ne putes eos vi figuris, quæcunq; corporeæ sunt; neq; assumere
 hypostasim materiale, atq; ea amicitii tanq̄ vinculo materiali corpore, sic-
 cut reliqua animantia. Sculpturæ vero annulorum, huiusmodi vinculum
 per ipsum annulum significant, & corporeum quiddā, & sensibilem for-
 mam; & maxime si formam indiderit cuiuspiam in parte animantium per
 faciem impressam: ex quibus abstrahendum & separandum potissime deos
 rum genis, tanq̄ sempiternum, & intellectuale, & secundum eadem &
 identidem semper se habens, sicut in eo in quod de deo proprie & plenissime

18. Symb.

In via ne scin-
 dit. In philos-
 sophia, vera
 sectare, vbi
 vnitas.
 Via, philosop-
 phia.

19. Symb.

Dei typū an-
 nulo non im-
 prime. Deos
 sine figura
 corpis cogita.

20. Symb.
Ad laternam
.i. sensum non
speculare.

tractatur. Circa laternam ne speculari. Magis Pythagorice consultat philosophare non incidens in sensorias visiones. quæ quidem lumen certe quoddam, at laternarium circa comprehensiones, & nō naturale neq; verum efficiunt: sed magis vtere mente & scientia. Vnde luculentissimus splendor quidam, & inconcussus circa animæ oculum constat, ex omnibus conceptis, & intellectualibus, & ex contemplatione circa hæc, & non ex corporeis, & sensibilibus. Perpetuo enim fluunt hæc, & mouentur, neq; prorsus manent, nec eadem sibi ipsis existunt, vt & firmam & scientiæ parentem comprehensionem, & cognitionem. De Diis nihil tam admirabile ē, deq; diuinis dogmatibus, quod nō credas. Admonet aggredi, & possidere eas disciplinas, per quas incredulus nō eris de Dijs, & de Dijs, & de diuinis dogmatibus habens mathematicas, & demonstrationes, quæ scientiam pariant. Intolerabili ne teneare risu.

21. Symb.
De diuinis nihil nō credendum.

22. Symb.
Immodico ne cocutiare risu
.i. affectibus
frena præscribe.

Ostendit affectus esse coercendos per rationē philosophiæ, continerēq; immutabiles fermē affectus, compara te recta ratione. Neq; in prosperis laxeris. Nec in aduersis deprimere. Neq; in alterutro mentem mouens. Risum super omnes affectus nominauit, q̄ solus maxime planē ostenditur, tanq̄ quiddam, quod floret vsq; ad frontis dispositionem. Forte vtero persuadet, quoniam hominis proprium ad alia animalia risus hic. Diffiniunt ergo quidam, animal ipsum ridendi capax esse. Significatur à symbolo, non pertinaciter et immutabiliter humanitati hæreas; sed similitudinem diuinam, quo ad fieri potest, posside per philosophiam. Penes sacrificium ne sis

23. Symb.
Sacris ne interfis, cæsis
vnguibus. non
spernēdos affines.

cæsis vnguibus. In amicitiam admonitorium est: nostrorum enim, & domesticorum, ac nobis iure sanguinis attinentium. Quidam propinquissimi genere sunt, puta fratres, & liberi, & parentes, membris his nostris similes, quæ ablata dolorem non mediocre præbeant, & perturbationem, vt digiti, manus, atq; huiusmodi. Quidam longo intervallo attinent, vt nati patrui, & affines, vel huiusmodi similes eis nostri corporis particulis. Quibus remotis, nequaquā dolemus, vt capillis, & vnguibus, & similibus. Volens igitur eos cognatos significare, alio tempore neglectos propter longinquitatem, vnguibus vsus est. Et dixit, Ne deponas prorsus hos. Sed ad sacrificia, quibus alio tempore sint neglecti, adduc ipsos ad te, & renoua familiaritatem. Dextram non cuiuis facile iniice. Ne porrigas facile (inquit) dextram. hoc est, ne extrahas, ne largiri aggrediare, dextrā porrigens indignis, & non initiatis etiam per disciplinas, & doctrinas, quæ multo tempore probatis, & dignis participantur, probatis (inquit) continen-

24. Symb.
Dextram ne cui libet. i. non
initiato porrigere
sapientiam
arcana.

tia, & quinquennali silentio, et alijs tentamentis, ijs vix dantur. Stratis
 exurgens complica ipsa, & figuram confunde. Hoc admonet,
 q̄ philosophari cōcipiens, intellectualibus se & incorporeis cōsuefacias. Ex
 ignorantia igitur somni, & nocturnarum tenebrarum exurgens, nil con-
 trabe tibi ipsi corporeum ad philosophiæ splendorē diurnū, sed omnia som-
 ni illius vestigia, ex animo purges & deleas. Cor ne vores. Signifi-
 cat non oportere cōmunionem vniuersi, & conspirationem dissipare, & etiam
 magis ne sis inuidus; sed humanus, & cōmunitatis amans. Ex hoc philo-
 sophari docet. Sola enim ipsa philosophia parens scientiarum, & artium,
 neq; alienis tristatur bonis, neq; propinquorum clade lætatur; tanq̄ natu-
 ra cognatos & domesticos, eademq; patientes, et cōmuni subiectos fortunæ,
 improuisumq; futurum habentes homines omnes æquæ enuncians & signi-
 ficans. Vnde & compati sibi inuicem, & adanare admonet, societatis vti
 veræ studiosum, & rationabile animal. Huic est persimile. Cerebrū ne
 comedas. Et enim ipsum hoc præcipuum est sapiendi organum. Inuit
 igitur quatenus par non est recte consultas res, & sententias deridere, neq;
 mordere: recte verò consultæ erunt, quæ per mentes, ac per præcipuū in-
 telligendi caput considerata, & per scientiam. Non enim organo ratione
 carentis animæ, corde, & hepate: sed per purā rationem huiusmodi sunt
 comprehensa, vnde inscitta est, eis detrabere: atqui potius venerari iubet
 symbolum, mentium fontem, & intelligentiæ proximum organum, quo &
 speculationem, & scientiam, & vniuersam nanciscuntur sapientiam; &
 quo demum recte philosophamur. Et non detinere, nec delere, quæ per ip-
 sum vestigia sunt. Vnguim, criniumq; præsemina ne com-
 mingito. Inquit hoc in despecta, innata quidem tibi, sed quæ animū mi-
 nus attingunt, sicut pretiosiora, quibus magis inest anima, sic quidem &
 quum philosophari concipis, præpone ea, quæ per animam & mentem
 absq; sensorijs demonstratur per scientiam spectatricem. Sperne autem &
 respue, quæ existimantur sine intellectu lumine per innata solum senso-
 ria, quæ non perueniunt ad mentis æternitatem. Rubicundum ne as-
 sume. Videtur ad nominis etymologiam solam cōuenire. Non crubescen-
 tem enim, & inuerecundum ne capias hominem, vel contrā stupidum, &
 in omnibus prorsus crubescens, & vilem ingenio, ac infirmo intellectu,
 per hoc significatur, ne huiusmodi sis ipse. Ollæ vestigium ne obli-
 teres. Inuit confusionem & crassitatem, quod est corporearum & sensu-
 bilium demonstrationum, obliuisci, philosophari aggredientem. Intellectuq;

25. Symb.

Stratis exur-
 gens figuram
 cōsuetudinis. i. in
 philosophiam
 assurgēs, om-
 ne corporeum
 ex aīo dele.

26. Symb.

Cor. 1. Sym-
 bolum vni-
 uersi, ne vo-
 res, dissipans.

27. Symb.

Cerebrum i.
 sapientiæ opus
 perfectum, ne
 comede mora-
 dens.

28. Symb.

Præsemina
 ne cōmingito,
 ad philosophiā
 cōitatio.

29. Symb.

Rubiculū. 1.
 stupidum ne
 assume.

30. Symb.

Ollæ vestigiū
 neoblitera, re-
 linque crassa
 materiæ.

Cinis.

libus vero uti potius demonstrationibus. Cinis verò pro pulvere tabularum capitur, ubi demonstrationes perficiuntur.

M A T H E M A T A.

Vfus mathe-
maticum in oëm
philosophiam.

Mathematicæ mentem in vniuersam ducunt philosophiam. quin etiã ad omnem de his quæ sunt, & de intellectualibus scientiam. Mathematicæ res incorporeæ per se subsistentes inter essentias impartibiles & medio ordine constitutæ, his puriores, illis magis variæ, cõpositione vtentes, & diuisione: æternis rationibus composuim, & diuisione contemplantes intellectuales essentias inferiores, naturis priores; forma, ordine, subtilitate præstites visibilibus, portitrices & traiectrices ad cognata sibi impartibilia, à corporibus mersa nostra ingenia ad diuinam substantiã euebentes, per quasdam quasi scalas ad fastigium ferunt. Oportet igitur non ab vno solo genere entium conuenientem in hæc secundam essentiam incorporeorum dationem, sed ab omnibus quæcunq; sunt in vere ente, & mente genera speculari. Descendit enim ab omnibus his in medias naturas mathematicarum, mediocritasq; causarum, & eorum quæ perficiuntur ab ipsis, coniungitq; quæ fiunt ad ea quæ sunt. Et cõmunionem illorũ ad inuicem efficit. Eiusmodi scientia, cum su capiendã à purgatis, & abstractis à sensu, ac ijs qui assueti sunt incorporeis. Sinceritas intelligendi, & per abstractionem a speciebus materialibus.

Principia omnium mathematicarum, sunt finitum, & infinitum. Et principia sunt etiam omnis mathematicæ essentia, ut Pythagoræ videtur. Sed eorum vtrunq; non vna ratione, neq; in omni substantia eadem lege, sed in formis intellectualibus, & immaterialibus rationibus, alia existunt huiusmodi principia, intellectualia prorsus, & à materia separata, & quæ per se sunt impartibilia. In mathematicis vero, quæ sunt multitudinis, & magnitudinis, diuisionis & distantia cause, erunt diuisibilis nature participes, & propria genera sument cõuenientia totis mathematicis, compositionemq; participabunt, & iudicabunt intelligentia altera existente circa potestatem, simplices & impartibiles, & intellectuales substantias. Motũ vero principijs huiusmodi mathematicarum nonnulli quidem sorte dabunt, quot quot in anima, & animæ vitis, & viribus, principia hæc supponunt. Mes

lius autem animam quidem in alio genere substantiæ ponere ; mathematica verò principia , & mathematicā essentiam immobiliter opinari . Stant enim eorum semper species , & eodem modo ipsa speculamur , & secundū eadem . Media vero quedam sunt ipsa principia infiniti , & finis , vincens se semper idea termini infinitum , & circumscribente ipsa in se ipso . Vnde *Idea termini.* & procedit in infinitū semper . Finitum autem à finiente . Huiusmodi principia differunt ab ijs , quæ in mente sunt , eò q̄ tradūt diuisionis , & multitudinis causam à se ipsis , ab his quæ naturæ differunt , & animæ rationibus per immobilitatem . Et quia intermedia incorporea per se subsistunt à materia separata , et cōmunitas scientiæ mathematicæ extenditur ad omnia .

Numerorum mathematicorū duo prima & suprema supponendo principia . Vnum , quod nec vnq̄ fas nominare , eò q̄ simplex est , & principium enium . Principium vero nunq̄ eiusmodi est cuiusmodi ea sunt , quorum est principium . Et aliud principium multitudinis , diuisio . Ex quibus vno , scilicet & principio multitudinis , primum genus numerorum conficitur , ex vtriusq̄ conflatum . Culibet numero inest diuisio , & magnitudo , & quale . Terminatum vero , & vnū est principium indistinctum , & infestile . Vnū *Vnum.* neque bonum , neq̄ pulchrum , vocandū . Est enim hoc supra bonū , & pulchrum . Procedente quippe lōgius ab his , quæ sunt in principio , natura primum quidem apparuit pulchrum . Secundum vero , & maiorem distantiam obtinentibus elementis , bonum . In numeris elementum , vnitas . In magnitudinibus , punctus . Ea , vnde numeri , nec bona , nec mala . Ex compositione vero vnus , & causa multitudinis , materia . Subsistit quidem numerus . Primus autem in ijs ens videtur , & pulchrum . Deinde , ex elementis linearum geometricæ substantiæ apparentis , in qua eodem modo ens , & pulchrum . Vbi nil turpe , nil malum . Postremo in quartis & quintis compositis ab elementis vltimis , maliciam fieri , non primo : at eò q̄ excidit , nec obtinet quæ sunt secundum naturam .

Ordinem , & pulchrum in mathematicis speciebus , quam scientiā pariter *Ordo.* contemplantur , nullum determinans huiusmodi pulchrum . Iam enim *Pulchrum.* huiusmodi scientias quæ sunt in parte attingit , & quantum ipsum aptum , & firmum in esse suo , nec mutabile , nunq̄ inuentum extra essentiam propriam , nec nunc sic . Rursus verò aliter intelligitur , & id communia substantia mathematicæ scientiæ ratione comprehendit .

Si quis singula mathematicum queat capere , fructus ingens sumēti secundum modum nascetur : sin minime , deum eminentiorem appellare debebit .

Lex mens.

Felix.

Admiratio.

Amor.

Mathematicæ
purgant.

A' natura, qd
veram.

Vsus mathe-
maticum ad mo-
ralia.

mas. Is verò modus. Oportet enim hoc tantum dicere, omnem figuram, & numeri constitutionem, & harmoniam vniuersam, & rursus astrorū analogiam omnium vnā aperta esse secundam modum, discendenti. Lex discendi, mens. Is mathematicum semitis ad felicitatem itur. Eum (inq̃) sapiētiſſimum, qui omnia hæc ita sit natus. Naturam enim omnium pulcherrimam, & diuinissimam, quantam hominibus dedit deus conspicerē, nunq̃ absq; diſſis poterit. Adde q̃ in vnum, & in species adducendum, in singulis mathematicum notionibus, donec vniuersum mundū inueniamus. quem instituit ratio omnium diuinissima visibilem. quem felix primum quidem est admiratus, deinde discendi amore arsit, quantum humano ingenio fas ratus optime. Sic & beatissime victurum, ac mortuum ad loca virtuti parata venturum, oportet constantes in mathematicis esse, & acutos, & alia habere, quæcunq; naturæ optimæ cōueniunt. Si cordatos, & bonæ mentis homines erudierimus, saluas respublicas tenebimus. Mathematicæ purgant oculum animæ ad res diuinas intuendas. Ac sunt tanq̃ pontes, & ductus, ab eo quod sit, animam leuantes, ad id quod est. Per sensus nihil sanè iudicamus: nil certe, cum sensus ipse nihil magis hoc, q̃ cōtrarium promat, siue proxime, siue longe sit. Ratio excitat animum ad verum, & sanum iudicium veritatis; discernit quæ sensibus sunt confusa & incerta.

Mathematica vsum incredibilem suppediunt ad scientiam, propiterea q̃ substantiam attingunt à generatione soluentes; præbentq; facilitatem conuerſionis à natura ad veritatem, & essentiā. Atqui acutiores reddūt capientes; & etiam multo labore comparantur. Considerari verò oportet, et si quid ad illud pertingit, ut efficiat facilius animū contemplari boni ideam. Mathematicæ compellunt conuerſi animum ad locum, in quo est feliciſſimū enis. Is solis veritas terminatur, sublato ad superiora oculo. Huiusmodi aut illa sunt mathematica, quæcūq; circa ens versantur, & inuisibile, & quæ ratione & intelligentia capiuntur, visu vero minime. Et exemplis quidem utendum apparentibus, in quibus tamen veritas non consistit. Est vsus mathematicum, si ea societate & vinculo discantur, quo iunguntur inuicem, et sine proprio mathematicarum, scilicet ad cogitationem honesti & boni. Est enim finis solutio à vinculis, & conuerſio ab vmbribus, & idolis, ad lucem: & è terrenis, & sensibili in lucem redditur, & bonum: & illuc ad animantia, & plantas, & solis lucem. Amplius eget q̃ infirmitas vsus nostri, ac intuendi puras species, & genera. Ad phantasmata vero in aquis diuina, & vmbra entium, sed non idolorū vmbra, per alterā huiusmodi

lucem: ut ad solem iudicare adumbratas, omnis hæc negociatio artium quas docent, hanc habet vim & introductionem optimi in animum ad speculationem optimi in enukus. sicut mani festissimi i corpore ad intuitum clarissimi in incorporea loco; & inuisibili.

Flos flore col-
ligitur, optimū
optimo.

Infinitum nullis scientiæ terminis comprehensibile. Nam teste Philolaus) eorum quæ infinita sunt, principia inuenire non est. Sicut ergo geometrie subijcitur quantum flans, ita & sphaerice. Vnde propter subiectorum societatem, & Archytas, & Plato binas has artes sorores appellauere, & iunctæ sunt, instar catenarum. Omnia mathematica quisquis teneat, sapientissimum Plato commemorat. Mathematica eligenda sunt, siue facilia, siue difficilia. Si quidem continuū, & discreti comprehensio, sapientia. Sapientie studium philosophia. Sola verò omnium artium & scientiarum philosophia, finem hominis proprium, & felicitatem tribuit.

Philolaus.

Archytas,
Plato.

Geometria,
sphaerica sorores.

Finis hominis,
philosophia.

Methodus perueniendi ad rem propositam est diuisio. Intellectualia omnia tripartita. proprie intellectualia. & scibilia, & intelligibilia. Et prima quidem sunt intellectualia, secunda autem, & inferiora, quæ per eam partem animi, quæ *διὰ νοῦν* dicitur, capiuntur *Ἀπορροια* dicta. Rursus ad ipsa altera substantia sensibilium exiat. Et horum quædam sensibilia proprie, quæ & opinabilia. Alia vero coniectabilia. Opinabilia quidem, & proprie sensibilia particulata corpora, ut lapides, ligna, elementa. Hæc vero sunt sensibilibus prima: post quæ infirma alia, & non similia, coniectantur tamen prima: Sunt vero hæc, vmbrae. Etenim vmbrae consequuntur corpora, sine quibus videri non possunt, nec esse. Simulachra igitur vmbrae, & in aquis, & speculis, in alijs non per se subsistunt, vel apparentia. Huiusmodi vmbrae, ob eas causas genere quidem numero sensibilium ascribuntur, cadunt quippe sub sensum. Sed tamen coniectabilia verius, & credibilia, quæ scibilia: credibilia tamen fide, non demonstratione, sed fide infirma. Nam huiusmodi vmbrae frabsunt a speculo vel aqua, nullæ erunt omnino. His videntur personalia, & quæ eo percipiuntur principio, quod *διὰ νοῦν* dicitur, scilicet habentia rationem ad scibilia, & intelligibilia, quam habet coniectabilia, ad sensibilia & opinabilia. Ideas enim quasi per contactum habet mens: quæ quidem sunt vere entia. Imaginabilia vero, quæ sunt geometrica virtute, quæ *διὰ νοῦν* dicitur, comprehenduntur per descensum mentis ab ideis, media ratione, sicut vmbrae videntur non nisi vel i speculo; vel in aquis. Sic igitur & mathematica tanquam i ideis videntur cogitari, & illis imitantur. Non enim oportet a sensibilibus per

Vmbrae.
Corpora.

Fides.

Ideæ mente
atinguntur.

Ab ideis mens
descendit.

Ideæ.

ablationem ipsa mathematica cognosci, descendente ab ideis, idola habere ab illis, assumere & magnitudinē, & in distantia cogitari. quod quidem in sensibilem idolis debile, & per se non subsistens, hoc in intelligibilibus magnitudinem habet & distantiam. Sed quomā & hoc festinat in impartibilibus, & conquirere videtur in impartibilitate idearū, vt umbra in sensibilem repercussione. Sicut igitur cogitabilia ab intelligibilibus separata.

Broninus.

sunt, ita et cogitatio ab intellectu. Vnde Broninus i libro de mente & cogitatione, separans ipsa ab invicem, Hæc (inquit) cogitatio, mente prius quippiam est, & cogitabile, intelligibile, mens enim simplex, & prima intelligens & intellectum. huiusmodi autem est idea: quia impartibilis & simplex, & primum est aliorum. Virtus vero cogitatrix. Si vero est multiplex, & secundum cognoscens. Scientiam enim, & rationem, sumit. Similiter vero, & intelligibilia. Hæc autem sunt scibilia, & rationis strabilia. Et omnino, quæ sunt sub mente, per rationem comprehenduntur, in his maius appellat vim cogitatriam, & cogitationem, nō virtutem, sed magnitudinem. & e contrario se habent hæc ad invicem. Discriminat autem hæc mente, & intelligibilibus, eō q̄ mens, & quod mente capitur, sunt simplicia, illa vero composita. Item hæc primò noscunt, & noscuntur: illa secundò. Hæc impartibilia, illa partibilia. Hæc Broninus Sed Archytas præ-

Archytas.

clarius in libro de mente & sensu. Arbitror his esse perspicuū, quemadmodum iuxta quatuor entium differentias, totidem sunt etiam iudicandi principia. Et q̄ ratio medium tenens, attingit duo æxtrema, intelligibilia, & sensibilia, in finis ordine ad mentem, & sensum collocata, vt sua principia, & ab eis perfectā. Est vero hoc axioma de omni virtute cognitrix, & simili simile noscitur. Insunt igitur huiusmodi vires animæ. & licet in ambobus ambo, & ab alteris altera perdiscere, æquasq; divisiones communiter, & proprie, par est fieri in ipsis, & ordinem transitus ab alteris ad altera, hoc est ab humilioribus ad superiora, et ascensum omnium, & coordinationē ad mentem, quomodo oportet fieri distinxit. Post hoc lineam sec-

Linea secta.

cat vnam, vt vnum cognoscituum spectemus. Ipsam vero bipartitur secundum primas entium differentias. Et ipsas in eadem dualitate diuisas, vix ites iudicatrices, differentias ponit bas, mentem, scientiam, opinionem, sensum, rationem. Mens, & sensus sunt principia rationis. Fines vero, scientia & opinio. Sed simile semper simile cognoscituum. Vnde intellectus, intelligitilium: scientia scibilium: opinio, opinabilium: sensus, sensibilibus. Proceditur vero a sensibilibus ad opinabilia, et ab his ad intelligibilia. Pri-

mum diuidit sensibile, ut notius: & sumit ipsius secundum similitudinem
 à sensibilibus apparentem hypostasim, scilicet idola in aquis, & speculis,
 tanq̃ vnam quandam naturam diuidens. Alteram vero distinguit partem.
 Verum quorum hæc idola sunt imagines, ut plantæ & animalia, ab his si
 quidem similitudo fit idolorum secundum reuerberationem, in hæc vertente
 se sensu; & sic ipsa cognoscente per secundum modum, sicut etiam idola
 secundo modo subsistunt. Sed sensus insensibilia sese per se fert, quemad-
 modum & subsistunt primo Iconibus nempe genera mathematica sunt ana-
 loga, & cognitiones ipsorum expressiombus idolorum: Ab intellectio-
 nibus enim sumit actum, & ab intelligibilibus ad mathematica, & icones trans-
 seunt, suppositionibusq; vtuntur, & causam non sciunt. Et hoc est censoriū
 mathematicum, alterius rei existens præcognoscitiuum: sed non intelligibi-
 lis, & altera cognitione comprehendens, sed non actu mentis: ipsa enim
 mens, dialectici censorium est, & per ipsam entia, & formis, & sine vlla
 suppositione omnia contemplatur, & rationem habet de omnibus dare:
 sensibilem vero nullo vtitur, sed intellectualibus formis. Cum igitur qua-
 tuor sint vires censoriæ, ordo quidam ipsarum consideratur, & actiones
 distinctæ. In supremo quidē mens. Secundo, vis cogitatrix dicta δῖα νοῦς
 Tertio, fides. Coniectura, quarto. Textus Archytæ. In nobis enim ipsis
 (inquit) per animā cognitiones sunt quatuor, mens, scientia, opinio, sensus.
 Quorum duæ quidem rationis principia sunt, ut mens, sensus. Duo ve-
 ro fines, ut scientia, & opinio. Simile autem simili noscitur. Manifestum
 existens q̃ intellectus quidem in nobis intelligibilium cognitor, scientia sci-
 bilium, sensus sensibilium, opinio opinabilium. Vnde proceditur à sensibi-
 libus ad opinabilia, & ab his ad intelligibilia. Hæc vero consonantia, quæ
 spectatur per ipsa vera. Determinatis vero ijs, quæ post hæc oportet nosse,
 quemadmodū enim lineam bisectam, & æquales rursus vtrarumq; sectio-
 nes, diuisas per eandem proportionem, & sic diuidatur & iudem visibile.
 Et rursus vtrunq; sic distinguatur, & differens manifestatione, & obscu-
 ritate alia. Eodem igitur modo altera sectio sensibilium, & idola quæ in
 aquis & speculis. Altera vero pars, quorū hæc sunt imagines, plantæ &
 animalia cum intelligibili analogiam habent, ut Icones quæ sunt circa ma-
 thematica genera. Nam circa omnia mensuram supponentes, impar et par,
 & figuras, & angulorū tres species, ex his negotiantur reliqua. Res ve-
 ro relinquenti tanq̃ scienti, rationemq; non habenti, damus neq; ipsis, neq;
 alijs: sed sensibilibus quidem, ut par est, vtuntur. Quæriti autem, nō hæc,

4. poetiæ in-
dices.

Archytas.

neq; horum gratia faciunt sermones: sed diametri gratia, & ipſus tetragoni. Secunda ſectio eſt intelligibilis, circa quod verſatur dialectica. Ipſa quippe vere ſumit hypotheſes. Sed hypotheſes, & principia, & aſcenſum facit, donec ad principium in quocunq; ſuppoſitione carens veniat: neq; viſitur vſo ſenſibili, ſed ideis ipſis ꝑ ſe ipſas. In hijs verò quatuor ſegmentis recte habet diſtribuire & paſſiones animæ. Et vocetur, in ſupremo, mens. In ſecundo, viſ diſcurrendi. In tertio, fides. In quarto, conieſtura.

Idearū origo
ſine origine.

Mens

Ratio.

Fides.

Conieſtura.

Anima, oīa.

Hæc Archytas in libro de mente & ſenſu. Anima ipſa non recte poneretur vñū genus entium, ꝑarticulata enim ſic fieret de mathematica eſſentia, cogitio. Vnde neq; ideam rei, vñdecunq; ꝑartibilibis, neq; numerum ꝑ ſe mouentem, neq; harmoniā in proportionibus ſubſiſtentem. Neq; aliud vñū huiusmodi priuatim determinare liceret de ipſa. Sed anima eſt omnia genera rerum mathematicarum. Eſt quippe idea numeri, & ꝑ numeros harmoniam comprehendentes ſubſiſtit. Eſt omnes commenſurationes, & ꝑ proportiones. Ipſa eſt analogia geometrica, & arithmetica, & harmonica. Et cum principijs entium habet quandam cognationem, & omnia attingit eactia, & in omnia ſimilitudine transferri poteſt, vñde & harmonias exaudit anima, & gaudet cōcentibus. Quoniam ipſa eſt harmonia, habetq; ex numeris, & alijs huiusmodi mathematicis menſuris ſubſtantiam. Ipſa etiā cognationem recepit ad intellectuales ideas, & ad ſenſibiles ſubſtantias, & formas in materia. Et (vñ ſummam totius ſententiæ colligamus.) anima exiſtit omnia mathemata, iudicatorium ipſorum tenens: habetq; vim generatricem, & effectricem ipſorum incorporeorum metrorū. Quibus & opificium poteſt quiſpiam accommodare, merſarum ſpecierum, & ipſam quæ eſt ꝑ icones factiōem, ex arcanis in lucem prodeuntem, contingentiēq; externa interioribus. Anima, vel mixta eſt ex omnibus entibus mathematicis, vel ipſa omnia conſtituit. Si eſt commixta ex vñiuerſis, præexiſtunt illa, ex quibus coeuntibus miſcetur: & ita amplius non erit principiū mathematicæ ſubſtantiæ. Si vero ipſa anima eſt principiū mathematicæ eſſentia, & deducit hæc ex ſe ipſa, erit itaq; & antiquior ipſa, & vñ in cauſis ratione præcedit. At id cōtra pugnat præſenti opinioni. Nobilior enim ſic fieret anima entibus, quæ ſunt in mathematicis. Melius igitur dicere, q neq; anteit, neq; ſequitur. Sed concurrunt ſimul ad ipſa, & coexiſtit comprehendens, & continens in ſe ea omnia.

Officium vero huius ſcientiæ eſt non determinatum, neq; ſecundum eadem & eodem modo ſe habens, quemadmodum mentis opus, nec a ſeiſpſo proriſus

prorsus cognoscere habens, sicut menti hoc insitum est. Exteriorius autem excitatur ad cognitiones, & recipiens ab alijs principium reminiscentiæ. Sic ipsum à se ipso proponit, firmumq; non est, iuxta vnam actionem, sicut mentis, sed in motu magis procedit à se ipso, & in se ipsum. Scientiæ huiusmodi fiunt, doctrina præcedente. Cuius principii docens præbet. Deinde de inuentione consequente, quæ coniungitur iactis à docente principijs: secundum enim hæc principia reminiscitur animus veras in mathematica ideas, Ideæ. & proponit proprias ipsarum rationes. Quandoq; etiã cõmuniter ex ambobus actio fit. Vnde Archytas in libro De mathematicis inquit, oportet quippe discenem ab alijs, vel ipsum inuenientem, quæ scit scire, quæ didicit ab alijs, & aliena, quæ inuenit per se ipsum, & propria inuenire, non quærentem egenum, & rarũ, quærentem autem diuitẽ & facilem: non scientem autem quærere impossibile. Expositio Iamblichii vult, Archytas ex his scientias mathematicas prius doceri, & disci ab alijs, & id est initium huius scientiæ. Postea per inuentionem perfici, licet inuentio antecedit: vi quo ad nos tamen est secunda. Nam cum in generationem incidimus, oportet ab alijs rememorari prius. Est igitur & vt duos hos modos scientiã capiendi, arbitrari. Est etiã ipsos, vt ratione vnum comprehendere. Cũ enim vti ab alio, & aliena participauerimus mathematica, tum ipsa tanq; propria, & peculiaria ipsi per nos contrectamus. Atqui ab inuentionibus id facile discitur, tanq; enim habentes ipsa in se ipsis, ita inuenimus ipsa, & cognoscimus inuenta. Et ab inquisitionibus etiam idem spectatur. Nã si non sciens, quærere nullo modo potest, tempus erat quo hæc sciebamus, & non præsens hoc: nũc quippe ipsa ignoramus: prius itaq; ea noramus. Et propterea quærenti mollia & facilia mathematica ad inuentionem, non quærenti autem difficilia & rara. Vnde in animis inest quodam modo, & erat quandoq; prius circa ipsas animas, in scientia secundum actum, cognitio mathematicorum. Itar igitur quærendo ad inuentionem, & adiscendo in indagatiõem & inuentionem, in negotio mathematico. Vnde & nomen sumpsit mathematica. A quo nempe initium primũ duxit scientia. Et sine quo fieri minime potest, nisi perdiscendo, inq; ab eo est appellata. Complures equidem virtutes mathematicæ. Sed illæ in primis, quæ à multitudine veniunt, ad idem, vnumq; principium, & quotquot ab vno partiuntur in multitudinem, quoniam enim ex termino, & infinitudine constant, & vno & multitudine, mediæq; sunt partibilis, & impartibilis. Et secundũ eandem rationem substantiam participari, & collectionem, & diuisionem. Mathematicæ etiam

Inuentio.

Ideæ.

Archytas libro mathematicarum.

Non quærens, egenus.

Vnum.

Mathematica disciplina à discendo.

Vnum.

circa ens, sicut dialectica. Sed dialectica simpliciter ens contemplatur, & hoc colligit, vel diuidit. Sunt & virtutes pulchrum, & modum mathematicarum contemplantes. Habent enim secundum propriam naturam modestiam, & perfectionem, & quaecumque conueniunt bona formis mathematicis. Eae compluribus immotae videntur esse, & circa immota operari. Sed id minime placet. Sunt enim quaedam mathematica, quae motus numerum, & metra, ipsaq; per se ipsa, & adinuicem quomodo se habent ordine, & consensuratione considerant, & animae incorporeae periodos, quibus & caeli numeros & cuncta huiusmodi spectat, in quibus & astrorum, atq; harmoniae scientia continentur. Duplices igitur mathematicae virtutes, & eae quae circa motus versantur, & aliae fixae formarum immutabilium & rationum contemplatrices. Ordo vero harum virtutum & potestatum, & essentiae subiectarum rerum, quas ipsae percipiunt, respondet. Siquidem aliqua praeminent, quaedam subduntur etiam iuxta bonesset, & pulchri dignitatem, quum

Bonum summum antiquissimum. haec antiquissimum quidem & summum bonum speculantur, illa uero inferius. Quoniam omnis scientia ex elementis primis obtinet firmitatem, cum fuerint terminata & aeterna, tum a proprijs quoque generibus accommodatum sibi rationum, & demonstrationum inuenit modum. Idcirco etiam in mathematicis vestiganda communissima elementa sunt, & genera maxime propria. Genera & elementa huius scientiae esse finita & sempiterna optimas philosophiae confitentur. Et demonstrationes mathematicae, unum & multitudo, finis & infinitum, idem & diuersum. Elementa, & genera scientiae sunt, & rerum in scientia cognitarum, & principia etiam principia ut causae: elementa, ut partes essentiae, genera, ut communia. Sic nobis infinitum, & terminus bono iure, & in principijs, & elementis, & generibus constituuntur. Differunt vero haec ab intelligibilibus principijs, & elementis, & generibus. Quia deficiunt ab eorum perfectione, & puritate, & simplicitate, & ambitu, & pulchritudine, & bonis omnibus. Praestant autem rebus interiturijs, ordine, mensura, immobili, stabiliq; natura. Et hinc constat huiusmodi disciplinam esse inter utrumque scilicet rerum immortalium, & mortalium. In mathematicis nulla figura disci potest, nisi designata altera simili: & demonstrationes per Iconum similitudinem fiunt. Simile, & dissimile in mathematicis non existit per qualitatem, quae est in compositis, ubi subiectum alterum est ab eo, quod accidit. Simile enim, & dissimile, ut de eo iam loquimur, est ante omnem compositionem. Simile, & dissimile in tota quidem substantia mathematica, in totum ipsius ens, in parte

Bonum summum antiquissimum.

Unum. Multa.

Infinitum. Terminus.

Ordo. Mensura.

ticularibus vero mathematicis, in particulares ipsorum hypostases. In vere mathematicis entibus nullā penitus multitudinem, vel diuisionem, vel vnionem, vel identitatem, vel diuersitatem: possibile ē subsistere, nisi præeunte secundum essentiam similitudine & dissimilitudine. Hæc scientia potissima omnium, quæ quidem eandem similitudinis causam & dissimilitudinis in prioribus, & posterioribus similiter reperit. Spectat ea etiam in differentibus similitudinem, & in indifferentibus dissimilitudinem. Simile & dissimile non immasuntur, & fiunt sicut species circa materiam. Sunt enim connata hæc, & immutabilia substantiæ mathematicæ nec insunt, vt innata corporibus, vt calor in igne; etenim videtur i eis compositio & differentia, quatenus participantur vt diuersa. Illa vero participant, vt alia. In existentibus vero secundum substantiam, in mathematicis entibus est simplex quoddam esse, per totam se ipsam simplex. Quanto enim magis incorporea est, & abstracta à compositis & diuisibilibus magnitudinibus, tanto simplicius, & per se, & purius subsistit differentia similitudinis, & dissimilitudinis mathematicæ, ab eisdem rerum intelligibilium & sensibilium primo accipitur, secundum tres substantias ipsorum. ijs enim differentibus & quæ in eis formæ tripliciter differunt. Amplius interstitio quodam diuiditur ab illis extremis: Item mediant mathematica inter hæc & illa, vt inter principia, & principia.

Vbiq; sapientes viri mathematicis vtuntur in rerū contemplatione: mathematica enim entia incorporea cum sint, mediq; & quæ quadrare & assimilari omnibus queunt entibus, in oēs philosophiæ scientias nobis plurimum opitalatur. Theologiæ nempe adyta aperit, ad eamq; purgatione subductæ: quæ purgatio absoluit vincula, iungit enti, & per formam, ordinemq; pulcherrimum speculatorum in ea scientia, appropinquare facit ad intellectualia. Ad Physicē etiam confert commensurationem eorū, quæ natura constant, docens & proportionem & ordinē. Ad Politicā deinde iuuat, erudiens & ostendens actionum motum ordinatum, & æqualitatem, & consensum. Ad Ethicā, proportionēs virtutum continens, & æqualitatem, & consensum. Et in exemplis, mathematicas exponens formas; vt amicitie & felicitatis, aut alterius maximorum bonorum. Proposit quoq; & omnium quæ in vita exempla mathematica, & fecunditatis, & sterilitatis. Vnde & vbiq; exemplis vtendum mathematicis & proprijs in suo genere. Permeat igitur tota mathematicæ essentia, & genera eius, & elementa, & principia per omnem philosophiam, comunicat cum par-

Vsus mathē
maticū i oia.

In theologiā.

In physiologiā

In politica.

In ethica.

tibus-eius, quatenus tenet quandam ad eas similitudinem, & vsum præbet, operisq; ad eas accessum. Ea pergi facile potest in rerum æternarum, & labentium cognitionem, quando inter eas medio graditur intersitio.

**Dat oibus ar-
tibus.**

Dat omnibus artibus scientiæ soliditatem, principia, fines, diffinitiones, mensuras, iudicia: rectū docet, & obliquum, & principia vtriusq;. Nam cum seorsum essentiam materiæ speculetur, viens rationibus abstractis, & alienis à turba rerum labentium, causalior est, & principalior artibus, materiam contrectantibus. Spectatrices igitur artes purgat & perficit. Facilius adest in ordine exempli. Astrices excitat ac mouet ad suas ideas stantes. In toto vero rationes abstractas applicat formis immerfis. Be sicut architectonica omnibus imperat.

Ideæ.

**Priora, sim-
pliciora.**

Duplex ordo, naturæ, & doctrinæ, in hac scientia. Si enim ordinat alias, quanto magis in se ipsa ordinem cōtinebit? Ordo naturæ mathematicum præponit simpliciora vii priora, vt arithmetica ante geometriā. Aliæ quando vero & ad doctrinā eadem præcedunt, cum ab elementis fiat cōpositorum disciplina. Sed quandoq; propter nos, composita simplicioribus erūt in disciplina priora, si fuerint notiora. Si quis itaq; obscura reliq; per nota explanare, alienum non erit eo vt modo. His bisariam partitis, vtendum quidem vtriusq;. At his quidem tanq; magis scientiam parientibus, illis vero, vt notioribus. Si altero solo vii oportuerit, accommodatior antepoznetur, & magis conducens modus ad id quod sciri proponitur. In quibus igitur consonant scientiæ duo modi, in his vtriusq; vtendum. Spectare tam ingenium debemus discendum, & quid quisq; potest capere. Hæc ideo prædiximus, vt metodo quadam, vtentes in ordine mathematici negocij duo contemplerur & animaduertamus, & naturam rerum, & discendum vires: & vtrius pro opportunitate vtamur, & si sint hæc inuicem consona, vtriusq; ex æquo vtendum.

**Prime inuen-
tiones.**

Symbola.

**Quinarius in-
stitia symb.**

A primis principijs exorsi, primum conficiebāt mathematicorum theorematum cumulum, tanq; ab ipsa prima essentia ipsorū agentes intellectus ratiocinationes, & in ipsam referentes vltimam totam mathematicam conceptionem. Deinde præcipiebāt demonstrare primas inuentiones theorematum. Erat & alius apud ipsos modus per symbola mathematicus, vt iusticiæ quinarius, eo qd omnes species iustorū symbolice significat. Eo utebantur in omnem philosophiam. Nam symbolis omnia docebant, & putabant hūc modum esse Dijs proprium, & accommodatum naturæ. Amplius vere entibus, & diuinis omnibus, & anime habitibus, & viribus, & ijs quæ

in cælo apparent, & periodis astrorum, & elementis naturæ, & mixtis materiæ, & materia constantibus, applicabant semper theoremata mathematica, problematum amplectebantur cognitionem, vixit per quam rerum scientia reperitur, & inuentio: & magis veritatis indagini insudabant, & conceptibus entium. Amabant in doctrina finitum semper, & compendia. Interdum ordinem rerum, & connexionem. Et quum oportebat, spectabant quid quisque posset capere.

Primum genus est theologicum, essentiarum deorum, & virtuti, & ordini, & actioni consentaneum, iuxta quandam accommodatam similitudinem, quod & maximo censetur studio dignum apud viros. ut i numeri, qui nam numeri, quibus Dijs cognati sunt? Alterum, intelligibile vere ens est id, circa quod Pythagoræi negociabantur, & circulum intelligibilem, & numerosum ideatum. Tertio circa substantiam se mouentem, & sempiternas rationes, et numerum se cicientem. Quarta circa supercælestia, circuitusque errantium, et non errantium siderum. Quinto circa rationes materialatas, et formas coniunctas, quo pacto subsistunt, & quomodo à principia exiunt. Est enim hoc mathematicæ proprium, scire formam. Sicut in mathematicis noscuntur secunda à prioribus, ita in potestatibus animæ ad præstantiores vias, & actiones earum ascensio fit.

Videtur ergo mathematicus ita methodo diffiniri. cum facta diuisio fuerit in genera & species, tum reliquas à diuisione differentias colligit diffinitiuas, rationemque vnam ex omnibus constituit. Idem etiam resoluendo facit. Quum enim resolutio in simpliciora, & commutiora reducat cognitionem, & genera, & differentias discernat, quatenus apta nata sunt singula, tum collectiuam compositionem cogens in vnum differentia, & simplicia, diffinit vnumquodque. Diuisio igitur, vnum, multa: diffinitio multa, vnum efficit. Secundum utraq; necesse est mathematicum vnum spectare à quo cietur, & ad quod referatur. Hoc finis & forma huius discipline, Vnum, idem, & bonum, & pulchrum, cui iungi diuisa properat. Idcirco in mathematicis in finitum, & particulato vale dicimus, in commune, & terminatum venire festinandum, donec in vnum omne, totumque negotium mathematicum resoluerimus. Et hic est finis.

Pythagoras accepit à Thalete huius principia non pauca. Deinde cum Aegyptiis esset versatus, à quibus multa sumpsit. Postea cum Assyrijs, postremo cum Chaldeis diu moratus, ab ijs magnam scientiæ huiusmodi partem mutauit. Multa deinde addidit acceptis à Barbaris. Initium philasophandi pro-

Terminus.

Ordo.

Connexio.

Numeri Dijs

cognati.

Circulus in-

telligibilis.

Numerus Idea-
rum.Resolutio, in
simplicia.Diuisio vnum,
in multa diffi-
nitio. Multa, in
vnum.Vnum, bonum
pulchrum.Ad vnum pro-
pera.

Vnum, finis.

Assyrii, Chaldei.

Primum Pythagoræ, per symbola mathematicis inuoluebat theologiam theos rematis. quia eximia quæ plurima apud eos notissima, in monumentis uiuis, nulla scriptura condita, seruabantur, oportet ex quibusdam igniculis rerum, & sententiarum secundum Pythagoram conficere corpus, hæc disciplina maxime fuit ab ipso Pythagora instituta, & suscepta ad purgandum mentis oculum, & faciens primarum formarum, & causarum inuentionem. Ea maximum usum præbet ad sincere, & subtiliter cernendas corpore carentes substantias, & ad res. Homini etiã ad vitam ordinẽ tribuit & ad affectus sedandos honestos reddit mores, reperitque quæ humanæ vitæ non mediocriter profunt. Vtebatur mathematica exercitatione, & institutione ad omnem vitam; priuatim & publice, in toga, & armis. Mathematicam ad modum ingenuum & liberalem redegit. Subtilitatem addens demonstratorem, ad omnem philosophiam. Vfus huius scientiæ ad virtutem & pacem. Cælestia theoremata eximia arbitrabatur. Mathematica innata est philosophiæ, ideo magno eam studio prosequerantur Pythagoræi. Huius vsus etiã ad mundi contemplationem.

Multum innitebantur abesse à sensibilibus. Per eum gradum ad puras essentias contendebant. Scalæ eis erant mathematica, ad intellectualia, alienantes eorum scientiam à populari cognitione, & traditionem efficiebant ipsorum per eadem in arcanis, & paucis eas disciplinas communicabant. Et si quid usque foret æditum in vulgus, illud prophenum execrabatur, inde indignos eiciebant. Putabat enim Pythagoras non esse comunicandam omnibus philosophiam, per mathematicam: sed solis illis, qui tota ferè vita probatissimi fuissent. Arcana solis tacitis differebat. Existimabat naturæ principia inscrutabilia, propter motum. Principia maxime inuenire studebant. Exercitamenta in his scientiis logica faciebant mira doctrina, simpliciora præferebant compositis. Purgare animos affectibus in primis amabat. Italici philosophiæ duo genera esse constat. Italici inquit Pythagorici & Italici secundum duo genera adiscuntur eam, Acusmatici, & Mathematici. Et Acusmatici negabant alteros Pythagoræos esse. Hippassus exploditur à Pythagora, eo quod primus sphaeram, 1. 2. angulorum edidisset. Theodorus etiã Cyrenæus, & Hippocrates Chius geometra eicitur. quoniam quidam ex ea quæstum faciebant. Geometria à Pythagora Hystoria appellabatur. Pythagoræi numeros, eorum principia ponebant. Et per hos demonstrationes faciebant.

Quidam mathematicas nullo dignas calumniantur. Quidam contra am-

plectabantur, ut philosophi. Et inane omne studium ante mathematicæ the-
mata opinabantur. Omne bonum re, & usu existit, non in cognitione. Esse
bonum est bene agere. Multi norunt artes. Sed non recte operantur. Qui de-
ficiunt à rectis actionibus, à maximis bonis absunt. Hæc illi qui mathema-
ticis contradicebant. Alteri ita ratiocinabatur, dicentes esse scientias ma-
thematicas. Semper enim notiora utraque priora posterioribus, & meliora
secundum naturam deterioribus. Terminatorum enim, & ordinatorum
scientiæ sunt. Sunt vero ordinata & terminata, quæ sunt in immobilibus
formis mathematicis, & sunt magis causæ priora posterioribus. Illis enim
ablati, & quæ ex eis auferri oportet. Quod autem scire mathematica optimū,
& utilissimum existat, hinc liquet: ratio namque & prudentia antea bona,
canonique, & terminus exactissimus bonorum nullus alius est, quam sapiens, quæ-
cumque is expetit bona, mala quæ refugit. Scientia mathematica vincit omnia
palacritudine, & subtilitate. Post diluvium posteriores inuentæ mathema-
ticæ, ergo perfectiores. Tum nos docent abstrahere, & separari à sensibi-
libus. Sed maximus usus, & Pythagoræ proprius mathematicarum, erat pur-
gatio animæ immortalis, & elevatio ad intellectualia, et participatio entis.

Docti est iudicium, an recte vel ne doctrina tradita fuerit. Oportet in
mathematica esse terminos quosdam, ad quos referēs recipiet eruditus mor-
dum eorum, quæ demonstrantur. Petere necesse est iuxta subiectam essen-
tiam rationes, & modum demonstrationum proprium efficere. Necessitas
demonstrationum secundum varias materias capiuntur, vixuta simpliciora,
illa vero in compositione potius. Et quædam penitus immota. Alia mouen-
tur, ut quæ in numeris, & harmonia, vel quæ in geometria, & astro-
nomia: & horum quidem mens principium: illorum vero, ratio. Aliorum etiā,
sensus, ut rerum supercælestium. Dijudicandum etiā, si plures causæ sunt,
de quibus necesse est mathematicum dicere, & quænam earum prima, quæ
secunda. Multi ea, quæ secundum eundem semper se habent modum, sub-
iecta mathematicæ putabant. At nos multas fatemur essentias, & alias
immutas, & æternas non solas mathematicas, immo etiā ipsis antiquiores,
& præstantiores. Amplius non omnium rerum principia mathematica, sed
quarundam.

In uniuersum igitur præcognoscendum quemadmodum consentiunt, &
coniunguntur mathematicæ contemplationi theologia, & naturalis. Scien-
tiarum Pythagoræi circulum, & catenam statuebant, etiam indissolubilem.

Bonū, usu.

Esse bonū, est
bene agere.

Maxima bona
recte actiones.

Rō prudentia.

Purgatio animæ.

Catena scien-
tiarum.

natura, multa de moribus. Rationes mathematicæ nullo pacto mutantur aut redarguuntur.

Iudicium.
Inuentio. Dialecticæ maiora theoremata sunt, mathematicæ se ipsa illa inuenit, & perficit, nec vlla scientia eget ad proprium speculatum, & quæ ei subiunguntur, modos demonstrationum complures efficit, & iudicat de melioribus. Eius partes geminæ, iudicatrix, & inuentrix, in diffinitione, syllogismo, diuisione. In his omnibus propria ipsius existit inuentio; & usus, & iudicium, nec aliunde petito eis opus est apparatus.

Finis vnus. Non est mathematica ea, quam vulgus sectatur. Illa enim scopum non habet vnum, neq; pulchrum: & bonum intendit. Nam Pythagorica subtilius, & altius contemplatur, & ad finem vnum refert sua theoremata, et pulchro, ac bono coaptat proprias rationes, & ad ens eleuat. Hinc excitata distinguit per se ipsam recte, quæ nam contemplationes ad theologiam sunt quadrantes, ordinē & mensuras diuinas potentes recipere & participare.

Theologica.
Ordo.

Mathematicis vitmur eisdem sæpe ad multas res naturæ, & diuinas, vel ad generationem vel ad elementa, vel quæcūq; ad opus generationis pertinent, vel ad composita, vel ad simplicia, numeris ad omnia hec vitur, & harmonijs, & figuris. Quandoq; plura simul eisdem significatiua concipiunt, ut anime numeros, harmonias, figuras. Quæ vitmur eisdem mathematicis ad plura, causa est, quia multiformes existunt naturæ cuiuslibet mathematicarum, & cuiuslibet mathematicæ essentia. Quæ vero pluribus ad idē vitmur mathematicis, ideo est, quia res constant ex multis essentijs. Nam anima ica circo & naturæ mediæ omnes multis docentur mathematicibus, tanq; ad varias mathematicas essentias similes adiungi possint.

Numeri.
Harmonia.
Figura.

De quatuor elementis ratiocinari possumus geometricæ, arithmeticæ, vel harmonicæ, & de alijs itidem. Cum enim priora sint natura mathematica speculata, & à prioribus natura exeit, propterea & syllogismos conficit, uti ex prioribus causis demonstrantes, idq; nouem modis. Primo per ablationem & abstractionem formarum à materia. Secundo per adaptationem rationū mathematicarum ad physica. Tertio secundum perfectionem, cum replet formarum corporearum defectus. Quarto secundum assimilationem, quum æqua & mediocria in generatione secundum quid, maxime assimulantur mathematicis formis. Quinto secundum participationem, quum puras rationes, in alijs existentes, ratione secundum quid participat. Vel secundum emphasim, quum vmbraile vestigiū mathematici apparens circa sensibilia speculamur. Vel secundum diuisionem, quando vnam & imparē

Puræ rationes.

impartibilem formam mathematicam, quæ diuiditur circa singularia & multiplicari intelligimus. Vel secundum parabolam, quoniam puras mathe- Puræ formæ.
maticum formas concipimus & quæ in sensibilibus. Vel secundum causam, quum per priora. Multa uero in mathematicis non manent, vel propter uicium propositum, vel cognationem ad sensibilia.

Perscrutandum de genera maxime proprio omnium mathematicum, quo cognito, cognitio fiet exactissima. Id genus est medium inter intellectualia, & sensibilia, complectens in se quamuis varias species sensibilibus & genera, puritate uero et subtilitate vincens sensibilia ipsa. Atqui & vires comprehendit omnes, quasdam quidem ad ea quæ sunt euidenter, alias ad naturam mouentes: et cognitiones similiter. Hoc uero boni unum ponentes, differentias ipsius contemplemur secundum bipartitiones. medius huius naturæ de ente & de sensibili, media est mathematica natura etiam secundum utranque speciem, alios & alios terminos capiētes, medium sumemus genus mathematicum: differentia uero accipiat per accessum, & recessum ad ens. Vnde denominata mathematica: & quis character ipsius: & quibus oportet intendere, in diiudicanda specie mathematicum. Mathematica dicta est, quoniam ab intellectu intelligibili quis descendit in eam, mathesis, & est ad ipsam propria hæc speculatio. Circa quæ autem est intellectio, & scientia, circa hæc eadem & mathesis. Et huiusmodi sola sunt discibilia, unde & mathematicæ. Videbantur Pythagoræis, tanquam propria organa fuisse tradita hæc Mathematica, organum ad naturam mathematicam, ad aperiendum entium naturam tollendasque speculatione rerum omnes tenebras, ad spectandam purissime veritatem ipsam, ad componendos mores, ad intelligendum ordinem uniuersi, & celestem harmoniam. Harmonia. Amplius multa, uti per specula claritate differentia, vestigat idola naturæ operum. Idola naturæ. Habet itaque ratio mathematica, & puritatem, & scientiæ firmitatem. Priorque uidetur prisca esse physico mathematicus. Ex hoc enim pendere putabant aliorum sinceram intelligentiam. Sincera intelligentia.

E P I L O G V S.

Postquam communem exegimus de mathematicis speculatum, iam tempus poscit in unum uniuersa colligere. Primum omnium de scopo totius disciplinæ. Deinde de principiis, & communibus, & propriis, in his de his quæ mathematicis subiiciuntur verba fecimus. Deinde de usu optimo ipsorum, & scitis in eis. De virtutibus iudicatricibus ipsorum. De eorum essentia.

tia terminata. quomodo spectatur illa. quodnam mathematicæ opus? quæ vires? quæ elementa cōmunia & propria? & q̄ omnia hæc communicat cum philosophia, quantum conferat artibus. Et quo ordine in introductione progreditur. quinam proprii Pythagoræ institutionis modi. Quæ divisio mathematicæ. Et quænam diffinitiva mathematica. quæ eximuntur secundum Pythagoram ab huiusmodi speculatione. quæ peculiaris meditatio. Et q̄ non frustra Pythagoræi ea plurimum produxerunt. qui mos versandi in mathematicis. Et qui apud eos mathematici. Susceptiones mathematicum, & calumniæ. Quid petendum à mathematico. Discretio problematum. De modo demonstrationum. De syllogismis, divisionibus, diffinitionibus mathematicis. Quæ communicatio Philosophiæ ad Pythagoræum. Quid cōmune, quid propriū scientiæ mathematicæ. Et quot habet divisiones. Postremo de nomine. Hæc satis esse puto.

F I N I S.

E R R A T A.

Pag.	Lin.		
5	17	hominem	homines
7	11	accommodatissimus	accommodatissimus.
10	1	midium	miliū
20	25	pertine	pertinet.

INDEX EORVM QVÆ IN Vita Pythagoræ continentur.

A

Ataris sacerdos Apollinis. 6.
Adolescentes à seniorum latre non
discedere. 2.
Agrorum diuisio cur inuenta. 10.
Alcibiades. 30.
Amicitia. 21. 50.
Amor omnibus in rebus. 4.
Anima in nobis triplex. 31.
Anima, omnia. 58.
Anima bona cum Deo. 38.
Animū offerētium spectant Dij. 8.
Animæ purgatio, mathemata. 64.
65.
Anima insipientis, cribrum. 41.
Apollo. 3. 23.
Aprophibegmata Pythag. 11.
Aquila alba. 9.
Arcana. 20. 64.
Archytas Tarentinus. 18. 28. 56.
55. 57. 58. 59.
Arcus mirificus. 6.
Aristæus successor Pythagoræ. 24.
Aristoteles de Pythagora. 2.
Artes ab Italia ī Græciā delatæ. 11
Astrologia ab Aegyptijs, & Chaldeis. 10.
Auscultatoria. 14. 64.

B

Bonitas. 15. 60.
Bona maxima, actiones rectæ. 65.
Bonum à Deo quærandum. 5.

Bonum à fortuna. 34.

Brontinus. 6.]

C

Cambysis. 1.
Calliope musarum antiquiss. 12.
Catalogus Pythagoræorum. 24.
Caibena scientiarum. 65.
Cerebrum non edendum. 7.
Cibus Pythagoræorum. 6.
Ciuisilis scientia. 8.
Circulus intelligibilis. 63.
Consilium, res sacra. 5.
Continentia. 19.
Cor non absumendum. 7.
Cupiditas bellua multorum capitum
31.

D

Definitio. 63.
Demosthenes. 15.
Deus in humana forma. 2.
Dij incorporei. 49.
Dei omnipotentia. 45.
Deus finis hominis. 35.
Demonstrationes hortatoriæ ad Pbi-
sophiam. 29.
Dialectica. 12. 66.
Dialecticæ munus. 13.
Dialecticæ symbolum. 12.
Diluuium. 65.
Dion Syracusius. 18.
Dionysius tyrannus. 18.
Disciplina. 39.

Discipuli Pythagoræ. 7

Diuini oculi. 4

Diuisio. 63

Doctrina Pythag. diuinitus tradita. 1

Dorica lingua antiquiss. 22

B

Ens vnum. 29

Empedocles Pythagoræus. 8

Empedocles & Parmenides primi
de rebus naturæ differuerunt. 11

Epicharmus. 11

F

Fabris abstinere. 8

Fabulæ sacræ. 40

Felicitas. 33

Felicitatis numeri. 42

Fides. 5. 7.

Fortitudo. 20. 46

Funera sumptu maximo. 8

Furia. 47

G

Genius cuiq; à Deo. 31

Gegmetria, historia. 64

Græcia magna; Italia. 2. 11

Graij, auctore Pythagora, optimus

Reip. status. 2

H

Harmonia è sonitu fabricorū depre-
bensa. 8

Harmonia, pulcherrimum quid. 5.
67.

Hemicyclion. 1

Heraclius. 13. 46

Herculis symbolum. 46

Hippasus. 6

Hortatio ad philosophiam. 29

I

Ideæ verè entia. 55

Ideæ in ente. 39

Ideæ non videntur oculis. 36

Ideæ termini. 53

Ideæ malorum in deo non sunt. 20

Idola naturæ. 67

Incorporea solum esse, reliqua
æquiuoce entia. 10

Intelligētia sincera. 67

Ira. 46

Italia Magna Græcia propter Py-
thagoram appellata. 2. 11

Italia plena philosophis. 11

Iupiter Themis. 3

Iuramentum Pythagoræorum. 10

Iustitia. 14. 15. 16. 47

Iuuenta genialis. 3

Iuuenum exploratio. 4. 6.

L

Legumlatores optimi. 8

Leges scriptæ ab Italia in Græciā
delatæ. 11

Liberalitas. 17

Libri in magno pretio. 18

Lucina partui præest. 14

Lyra, organum Pythagoræ. 8

M

Magi Chalcidenses. 10

Malum à corpore. 37

Mansuetudo. 14

Manus. 48

Mathematicum vsus. 61. 67

Melanuram non tangere. 8

Memoria. 11

Mens domina. 32
 Mens exemplar. 12
 Mens videt, audit. 20
 Mercurius pingitur geminis draco-
 nibus mutuo sese spectantibus, &
 cur. 12
 Modestia. 9.
 Monita pythagoræorum. 6
 Monumenta vina. 64
 Mors, animi liberatio. 36
 Mos vngendi corpora. 6
 Mundus. 41
 Musica. 8
 Musicæ vis. 4
 Musicæ bona. 8
 N
 Naturam esse, perspicuum. 34
 Nicomachus de Pythagora. 23
 Numerus sapientissimus quid. 5. 6. 3.
 Numerus origo omnium. 9
 Nuptiæ. 17
 O
 Ordo disciplinæ. 39. 69
 Organa musica. 8
 Orpheus. 9. 10. 22.
 P
 Philolaus. 18. 55
 Philosophia. 36. 47. 48. 49
 Philosophiæ nomen à Pythagora
 inuentum. 3
 Philosophia velanda. 5. 7
 Philosophia, mortis studium. 26
 Philosophia, vsus sapientiæ. 32
 Philosophia finis hominis. 55
 Philosophus regula omnium. 35
 Phocio. 15

Pietas. 15
 Pindarus. 38
 Plato Pythagoræus. 24
 Poetæ complures in Italia. 18
 Potentiæ iudices. 57
 Princeps. 17
 Principis scopus. 16
 Principia mathematicum. 52
 Prudentia virtutum domina. 11
 Pudor. 20
 Pythagoras, tanquam numen. 2
 Pythagoras ciuilis scientiæ reperta-
 tor. 8
 Pythagoras cum Cambyse captiuus. 1
 Pythagoræ peregrinatio. 23
 Pythagoræ auditores. 7
 Pythagoræ successores. 24

Q

R

Ratio, idea operantis. 34
 Ratio, auriga. 27
 Ratiocinia & numeri à Phœnicibus.
 10.
 Religio. 44
 Religio à philosophia. 42
 Rerum diuisio. 30
 Respublica. 16
 Reuelantes arcana sepeliendi. 22.
 Rifus. 50

S

Sacrificium. 10
 Sacrificare discalciatus. 5
 Sapientia. 25. 28. 29
 Scientiæ ciuilis repertor Pythagoræ
 ras. 8

Scientiarum catena. 63
 Scipio. 15
 Secta Pythagoræ. 25
 Sententiæ Pythagoræ. 25
 Sicilia. 8
 Silentium. 4. 6
 Sophistarum septem sapientia. 5
 Spes. 9
 Successores Pythagoræ. 24
 Symbola Pythagoræ. 43
 Symbolica philosophia. 7
 T
 Temperantia. 3. 17. 30
 Temporis distributio in lectionibus.
 6.
 Thales. 38
 Themistocles. 13
 Theologia ab Aegyptijs. 10
 Theologia per numeros. 6. 9

Theophrastus. 16
 Thus litare Dijs. 9
 Tymicha mulier Pythagoræ. 18
 V
 Veritas. 12. 38
 Vestis candida. 9. 10
 Viro bono nullum malum. 38
 Virtus per se appetenda. 33
 Virtuti fidendum. 25
 Virtute anima melior. 30
 Vitæ infligendæ modus. 6. 7
 Vita beatiss. à Dijs. 27
 Vita per se, solutio animæ à corpore.
 30
 Vnitas cum Deo. 21
 Vrsa Daunia. 4.
 Vfus mathematicus. 52. 61

FINIS.